This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

3 2044 106 393 028

G555m

W. G. FARLOW.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D. IOH. GOTTLIEB GLEDITSCH
LIPS.

METHODVS FVNGORVM

EXHIBENS
GENERA, SPECIES
ET
VARIETATES
CVM
CHARACTERE, DIFFERENTIA SPECIFICA, SYNONOMIS, SOLO, LOCO
ET
OBSERVATIONIBVS.



BEROLINI
SVMTIBVS SCHOLAE REALIS.
M DCC LIII.

Digitized by Google

G555m

Digitized by Google



BOTANOPHILO TYRONI

S. PL. D.

AVCTOR.

Scientiae botanicae cultura certitudo et omnis ſplendor dubio procul paucilſimis tantum debetur, id quod mirum omnino videri poteſt, quando ſcriptorum omnis aetatis in re herbaria copiam curatius paulo intuemur. Verumtamen quamvis in *Collectorum Deſcriptorum* aliorumque *Graecorum Arabum* vel qui ab initio ad ſeculum XIV usque floruerunt *Barbarorum* cineres injurius eſſe ullo modo nolim; attamen, ſi de *ſyſtematicorum* meritis dicendum quod res eſt, nobiliſſimam noſtram botanicam ſumma barbarie olim oppreſſam horum indefeſſo ſtudio feliciſſime reſtauratam et in ſcientiae formam redactam eſſe fateor atque etiam confiteor.

Univerſalium ſyſtematicorum merita et ſcripta fuſius exponere hoc loco minus aptum videtur, cum illuſtria v. gr. CAESALPINI, MORISONII, HERMANNI, RAJI, RIVINI, TOVRNEFORTII, LINNAEI, HALLERI, LVDWIGII, cet. nomina in re publica eruditorum ſatis certa ſint. Propius inſtituto noſtro accedunt *ſyſtematici*

 parti-

Digitized by Google

particulares, quorum breviter et in tranſcurſu mentionem facere haud ſupervacaneum fore arbitror.

Primario autem loco eſſe poterit magnum illud rei herbariae decus SEBAST. VAILLANTIVS, multis ſui temporis obſervatoribus jure anteferendus, qui methodum excogitavit *Florum Compoſitorum*, *a calyce*, *receptaculo et ſeminibus*. Hoc accuratior fere nullus, ut ſatis teſtantur obſervationes tam *Act. Acad. Reg. Scient. Paris.* inſertae, quam ipſum *Botanicon Pariſienſe*. Magnum enim TOVRNEFORTIVM quo ad cognitionem et expoſitionem ſtructurae floris longiſſime ſuperavit.

In *Floribus-Compoſitis Rivinianum Syſtema* quodammodo emendavit HENR. BERN. RVPPIVS, teſte *Flora Ienenſi*, ſed floris ſtructurae minus peritus cedit *Clar. Dn. Iul.* P*ontederae Prof. Bot. in alma Patavina.* Hic enim alia veſtigia ſecutus maximam gratiam adeptus eſt, dum *Florum Compoſitorum claſſem* antea difficillimam *a receptaculo et ſemine triplici* determinavit; cujus rei teſtes habemus *Diſſertationes* ejus ſcite eleganterque conſcriptas.

Magno ſtudio *umbelliferas plantas ſecundum ſeminum figuram* primus in ordinem deduxit ROBERT. MORISONVS, in opere de *umbelliferis*. Egregia quoque praeſtitit PETRVS ARTEDIVS, e *piſcium hiſtoria* ſatis celebris, qui *umbelliferas plantas* ſecundum involucra diſpoſuit.

Graminum Methodum ſecundum ſpicas, paniculas, atque locuſtas ſimplices, et compoſitas primus dedit doctiſſimus ille Presbyter olim apud Anglos IOH. RAIVS, in *methodo* ſua *emendata*. *Gramina* porro *ſecundum affinitatem* cum *cerealibus* in ordinem deducere conatus eſt *Clar.* IOSEPH. MONTIVS, *Bot. Prof. Bononienſis* in *Prodromo Stirpium agri Bononienſis*. Mira vero praeſtitit IOH. SCHEVCHZERVS in examinandis graminibus, et plura forte quam ullus alius. Gramina *ſecundum differentiam glumarum earundemque omnium partium diſpoſuit* in *Agroſtographia* et *methodo graminum*, et *graminum ſynopſin* in dictis operibus exhibuit hac ratione elegantiſſimam, multis tamen locis emendandam.

Digitized by Google

PETRI

Petri Antonii Micheli oculatiſſimi olim botanici merita circa *Graminum*, *Algarum* et *Muſcorum fructificationes* ſatis patent, ſed *methodum Muſcorum* ſeu primas potius lineas ejusdem magnus Dillenivs communicavit in *Flora Giſſenſi cet.*

Ad fungos quod attinet, horum methodum etiam delineavit laudatus Dillenivs in *Flora Giſſenſi*, genera tamen non modo minus determinata verum etiam contra characterem naturalem eſſe conſtructa quis neſcit! Circa fungorum fructificationes antea prorſus incognitas ſingularia praeſtitit Michelivs, quas primus accuratiſſime detexit et expoſuit, ut crebriori experientia doctus ſum. Genera vero tam hujus, quam plurium auctorum cum nimis artificialia eſſe cognoſcerem, characteris naturalis valore (*ad mentem Clar.* Linnaei) in pauciora contraxi; unde Agaricvs, Boletvs, Phallvs, Peziza, Lycoperdon *cet.* nobis alia deſignant genera, quam quae in ſcriptis Tovrnefortii, Michelii, Dillenii, *cet.* hiſce nominibus continentur.

Methodum igitur genuinam *fungorum* conſtruxi a botanophilis diu multumque deſideratam, a nullo autem hactenus, quantum conſtat, elaboratam, cujus ideam hisce pagellis cum artis tyronibus communicare animus eſt. Mitto autem decem ab hinc annis promiſſum de fungis opuſculum, quod variis negotiis tam in officio hactenus, quam in re herbaria ipſa diſtentus communicare non potui.

E fungis *Germaniae* potiores continet, qui varia ſcilicet occaſione per plures annos ſe obtulerunt, v. gr. in *Majori Polonia*, *Bohemia*, *Thuringia*, *Haſſia*, *Franconia*, *Variscia*, *Miſnia*, *Luſatia inferiore*, *Marchia*, nec non ipſa *Hercyniae* quadam parte.

Minus in hoc puncto expectationi ſatisfecerunt potiores *ichniographi*, *collectores*, vel *deſcriptores*, nec verum auxilium a reliqua ſcriptorum turba expectandum, niſi Sterbeckivm, Vaillantivm, Michelivm, Dillenivm et Hallervm tam quoad proprias, quam

Digitized by Google

Stahelinianas elegantiſſimas obſervationes in *Enum. Stirp. Helv.* excipias, quae tamen *digniſſima Flora* abſoluto jam dum opuſculo noſtro in lucem prodiit.

Ampla fungorum varietas in *Germania* millenarium numerum facile aequat, quodſi me non omnia fallunt, maxima pars ad manus meas pervenit in *Marchia* noſtra, curioſiſſimis fungis referta. Per annos enim ſex ruri habitans et ſylvarum ferme incola factus inſignem fungorum molem quovis tempore collectam lentis ope et cultelli beneficio examinavi. Quo vero facilius fungorum ſpecies detegerem, omnes varietates tempeſtate, loco, anno aut nutritione luxuriantes ſecundum ſimilitudinis gradus diſpoſui et deſcripſi, negotium tamen in multis e voto minus ſucceſſit. Quare fungorum ſpecies non omnes veras eſſe ſpecies affirmare facile auſim; quas enim pro ſpeciebus nonnunquam ipſe habui, varietates tantum eſſe alio tempore obſervando certior factus ſum. Interim tamen ob nimis auctam et monſtroſam varietatem quorundam generum nec hodie dubiis me expedire valeo.

Tempus quo vegetant fungi et floreſcentias proferunt, peculiare non datur, quoniam omni menſe fere oriuntur, licet autumnale cum verno pluvioſo et temperato non parum faveat; nocet autem frigus vel ſicca tempeſtas. Etiamſi e fungis quidam certo ſtatoque tempore redeant, multi tamen pro varia coeli conſtitutione vel citius oriuntur, vel tardius proveniunt, et locis minus conſuetis occurrunt. Fungi v. gr. vernales vulgo putati poſtquam habitum, colorem et formam depoſuerunt, cum aeſtivis ſero autumno in aliis corporibus redeunt. Ut taceam fungos ſatis vulgares et certis quibusdam locis uno alterove anno admodum familiares, qui tamen ſubſequentibus annis alio tempore et loco naſcuntur.

Experientia inſuper edoctus ſum, unam eandemque fungi ſpeciem decies intra annum prodire poſſe, id quod in *Byſſi* et *Mucoris* praeſertim ſpeciebus omni dubio caret. Hae plantulae enim ſemina ad ulteriorem propagationem apta

apta intra dies XX vel XXX omni menſe perficiunt, quibus projectis denuo vegetant. Egregie favet experientiae noſtrae *Obſerv. I.* MICHELIANA *circa fungorum ſemina N. Pl. Gen. 136.*

Loca natalia potiori fungorum parti cum reliquis plantis quidem ſunt communia, plures tamen peculiaribus et ab aëre clauſis locis naſci amant in varii generis corporibus *vivis*, *emortuis*, *integris*, *deſtructis* et *putreſcentibus*. Hujus ſortis ſunt *folia*, *fructus*, *ligna*, *radices*, *cortices*, *ſemina*, *lac*, *panis*, *caſeus*, *oſſa*, *farina*, *ſtercora*, *vinum*, *urina*, *acetum*, *carnes*, *gelatina*, *ſucci cocti et fermentati*, vel ſexcenta alia domeſtica, quae in locis clauſis humido-vaporoſis cruſta fungoſa ſaepius obducuntur, et obducta pereunt.

A variantiſſimo creſcendi loco corporumque conditione, in quibus enatum deprehendimus fungum, ad ejus mutationes recte concludimus. Haud raro enim celerioris cujusdam vel retardatae vegetationis hinc et vitae vel brevioris vel longae rationem in ſe continent. Ponamus propterea fungum in *ſubterraneis* vel aliis clauſis locis e *pane*, *ligno*, *fructibus* aut *liquido putrefacto* oriundum! in his evolutio celerius contingens totum corpus ita extenuatum ejusque ſubſtantiam poroſam et debilem relinquit, ut fungus talis omni robore deſtitutus brevi pereat, et citius patiatur ſuam corruptionem.

Fungi quidam obſervatione digniſſimi vitam vivunt omnium breviſſimam, dum ſcilicet intra ſpatium viginti quatuor horarum circiter ex ovulo prodeunt, ad ſenſum ferme toti explicantur, et fructificationem abſolvunt, quibus peractis in liquamen ſenſim diffluunt. Dantur ex minutiſſimis alii, jam dictis longe fugaciores, vix unam alteramve horam viventes, ut optime de *Emboli* quadam ſpecie retulit HALLERVS Enum. Stirp. Helv. cum aliae ejusdem ſortis intra diem XIV. aut XVI fructificationes vix perficiant.

Digitized by Google

Latet phaenomeni ratio dubio procul aliquando in ipſa putreſcentia corporum, in quorum ſuperficie fungi nutriuntur, et in quibus ſub ipſo putreſcentiae actu saepius excluduntur, cum admodum tarde proveniant alii, qui ſaxis, lignis, arboribus vivis, aliisque integris durioribus et magis compactis corporibus in aëre libero adhaerent. Succis enim nutriuntur bonis, temperatis, vel craſſioribus ſaepius minore copia confluentibus, quibus fungi ſubſtantiam indipiſcuntur ſatis firmam et denſam quae coriaceae aut lignoſae multum accedit, ideoque corruptioni ſubitaneae reſiſtit. Quamvis igitur fungus talis ſenſim emoriatur, nihilo tamen ſecius in dictis corporibus longo tempore exſuccus perſiſtit.

Omnes interim fungi plurium mutationum capaces ſunt, quam reliquae perfectiores plantae, quoniam ſcilicet reſpectu ad illas fabrica gaudent omnium maxime poroſa, tenui et ſaepiſſime fugaci. Nulla enim pars in fungo a multiplici et vix ac ne vix quidem explicabili mutatione immunis habetur, luxuries potius in tota fungorum familia nunquam non adeo excedit, ut aliquando partes quaedam prorſus deficere videantur, alio autem tempore partes in individuis a ſe invicem diſtingui et determinari nequeant. Ipſa floreſcentia in multis integerrima in quibusdam laeſa vel nulla eſt.

Sic v. gr. ſpecies quaedam mutationibus valde obnoxiae, figuram induunt adeo monſtroſam vel plane peregrinam, ut ad proprium ſuum genus vix ullo modo referri poſſint. Teſtantur AGARICUS, BOLETUS, ELVELA, *cet.* in quibus phaenomeni hujus rationem ſequentem obſervavimus: ſpec. quodſi minutiſſimum et plus quam farinoſum ſemen ad ligni, corticum, terrae, ſaxorum *cet.* fiſſuras, crenas, cavernas variae figurae et magnitudinis defertur et intra easdem vegetat; tunc quando fungi evolutio paulatina ſuccedit, ſpatii forma et anguſtia ut plurimum obſtat, qno minus corpus ejusdem in

Digitized by Google

natu-

naturalem ſuam et conſuetam figuram expandatur. Hinc fungus ſub ſpecie tuberculoſae cujusdam aut membranaceo-fibroſae et foliaceae informis maſſae non raro in conſpectum prodit, qualem in columnis, muris, nec non intra folia dejecta putreſcentia et humum, radices vel caudices arborum *cet.* carie confectos obſervamus. Utraque fungi ſuperficies ne veſtigium quidem laminarum, tubulorum aut reliquae fructificationis exhibet, e quo cum certitudine quadam ad generis characterem concludere poſſemus.

Naſcitur quoque alia fungi varietas in arboribus, nemini non cognita, et quo ad formam primo obtutu integerrima; ſuperſiciem autem quando examinabis, eandem obliteratam et fructificatione penitus orbam invenies.

Fructificationem retinent monſtroſae quaedam varietates arboreae in tubulis aut lamellis quidem, ſed inverſae ſunt, in aliis *tubuli* ſuperius vel inferius poſiti partim *integerrimi* ſunt, partim *ſubulato-denticulati* evadunt, id quod auctores quantum nobis conſtat, in una eademque ſuperficie individui cujusdam ſimul nondum obſervarunt. *Hac ratione e* BOLETO *oritur* ERINACEVS!

AGARICI quaedam ſpecies in truncis et columnis carioſis frequens, lamellis aliquando variat *adeo ſinuoſis et gyratis*, ut facile jurares, BOLETVM fuiſſe *tubulis laceris et in lamellas monſtroſas mutatis*, propterea aut AGARICVM *degenerem* in BOLETVM, aut BOLETVM in AGARICVM; id quod aliis per aetatem accidit.

Arboreae varietatis etiam non minor pars ſecundum naturam fungos pileatos et petiolatos proferens, totam figuram naturalem deponit. Caret enim radice et petiolo, et loco pileoli modo plures, modo pauciores membranas profert, quae varie et profunde diviſae vel complicatae ad horizontem ſeſſiles ſquamatim ſibi incumbunt.

 Digitized by Google Hujus

Hujus ſortis ſunt AGARICI DILLENIANI et variorum auctorum plures, *de quibus tamen praefracte vix negaverim, quod una alterave naturalis* AGARICI *ſpecies non exiſtat, licet majorem partem pro monſtris habere minus dubitem.* Docent AGARICI dicti potiorum auctorum, genera fungorum cum ſpeciebus minus determinata eſſe.

Genera fungorum quod concernit, illorum notas ſatis evidentes, diſtinctas et conſtantes eſſe opinor, fructificationes enim examinavi minutiſſimas, iisque in tantum diligenter uſus ſum; quantum per ſummam minutiem uſum praeſtare poſſunt. Perfectiores characteres alii exhibeant, qui valent, vel meos labores flocci pendent! ſi minus, de hac difficillima botanices parte mecum cogitent: *in his voluiſſe ſat eſt!*

Omnibus autem ſaepius repetitis et collatis quae in fungis obſervavi, de ſequentibus certior tandem factus ſum:

1) Latius patet luxuriantium fungorum varietas, quam ut ſufficientem explicationem admittat.

2) E fungis quidam membranacei, fibroſi, ſquamoſi, viſcidi et fugaces in tenera aetate conſtituti ſimilitudinem quandam cum algis notiſſimis produnt.

3) Phytologi fungis ſaepius annumerant plantas, quae veri *Lichenes*, ideoque algacei ordinis ſunt, et fungos veros ad algas referunt.

4) Ne mutationes per aetatem contingentes generis characterem dubium et fallacem reddant, omnis fungus in ſtatu perfectionis eſt determinandus.

5) Ob ſummam *partium fructificationis* minutiem ſigna plura e naturaliſſimis in quorundam generum determinatione admittenda ſunt, ne naturali ſimilitudine neglecta plura effingantur genera.

6) *Fructificationis tempus ſtatum perfectionis* indicat.

Digitized by Google

7) *Fru-*

7) *Fructificationis locus* in *ordine fungorum* maximi momenti eſt, et notis genericis diſtinctivis reliquis ſaepius palmam praeripit.

8) Fungi *ſubſtantia* generis characterem aut ſpecierum differentiam male ingreditur, quia nec affinitates nec diſtinctiones reales unquam conſtituit.

9) *Color* in fungo nec non reliqua, ut v. gr. ſuperficiei conditio filamentoſa, ſulcata, ſcabra, villoſa, viſcida cet. varietates indicat, earumque ſubdiviſiones, non vero ſpecies naturales.

10) Fungi *figura* in quibusdam generibus valet, in omnibus minime; hinc in uſum rarius vocanda eſt.

11) Partium *proportio* in ſpeciebus fungorum figurae ſaepius ſuccurrit, eandemque longiſſime ſuperat.

12) *Fungi pileati* et *petiolati* aliquando ſeſſiles, concavi inverſi, complicati, explanati, ſquamoſi et multiplices evadunt, quapropter ex arboreis ſeſſilibus non omnes pro ſpeciebus naturalibus ſunt habendi.

13) Fungi *pileati* et *petiolati* ex una radice non raro duplices, triplices aut multiplices oriuntur, hinc faſciculoſi a reliquis ſimplicioribus ſpecie non differunt, niſi nota ſingularis aliqua adſit.

14) *Involucrum (quod volva dicitur)* et ad petioli baſin in quibusdam perſiſtit, multas ſpecies a reliquis apte diſtinguit, minime autem genera.

15) *Anulus petiolum* cingens in quibusdam et perſiſtens, in aliis fugax vel prorſus deficiens in diſtinctione ſpecierum praeſtat. Ex operculo iſto quod averſam pileoli partem ante fungi evolutionem claudit, ſenſim ſenſimque ſoluto anulus oritur.

16) *Petiolus* ſecundum naturam pileolo tantum contiguus et in centrum ejusdem implantatus aliquando cum margine continuus eſt.

Digitized by Google

17) *Petiolus* in una eademque ſpecie ſaepius deficit.

18) *Petioli figura* in quibusdam ſpeciebus certa, in paucisſimis conſtans, in plurimis fallax eſt.

19) *Cavitas petioli* in nonnullis certa eſt et conſtans.

20) *Pileolus* in potioribus a petiolo diſtinctus non raro cum ipſo petiolo continuus fit.

21) Certam *pileoli figuram* ab illo tempore deſumendam judico, quo fungus floreſcentias ſuas explicat, quoniam pileolus omnis extra conſuetum florale tempus multis modis variat.

22) *Pileoli figura* in una eademque ſpecie ſaepius varia, quando plura attributa adſunt, varietates a ſpecie non ſeparat.

23) *Tubuli* in nonnullis BOLETIS longiores et aggregati a reliqua pileoli ſubſtantia facile ſeparantur, *in aliis* autem *breves*, vel *poruli* tantum cum reliqua carne connati et continui ſunt.

24) *Tubuli* in potioribus *integerrimi*, rotundi aut angulati, in paucioribus aliis BOLETIS inciſi et ſubulato-denticulati genus non diſtingvunt.

25) *Lamellae*, quae in AGARICIS *fructificationum* receptacula conſtituunt, in plurimis integrae et rectilineae, in aliis inciſae, denticulatae, interruptae, ſinuoſae, craſſae et ſibi invicem implexae ſunt.

26) *Lamellae* in averſa pileoli parte ut plurimum ſitae, tenues et membranaceae, cum ipſo pileolo ſaepius ſuperiora verſus contrahuntur, et aliquando in venas craſſiores et ramoſas degenerant.

27) Species *Lycoperdi cortice triplici* aut *volva duplici* a reliquis diſtinctae ſub uno genere optime conjunguntur.

28) *Ori-*

Digitized by Google

28) *Oriſicia* quorundam fungorum, *ſeminis projectioni aut defluvio dicata et locis diverſis dehiſcentia*, nec genera conjungunt nec ſeparant.

29) Fungorum ſpecies, quarum ſemina *partim ſicca diſperguntur*; *partim liquamine contenta defluunt*, quando reliquis ſignis conveniunt, ad unum genus pertinent.

His penſitatis *Botanophile Tyro*, ad aequitatis lancem aeſtimes velim plurium annorum labores, et ſic noſtro ſtudio amabiliter ſubvenies. Expertus namque ſcribo; et omnia (*licet non perfectiſſima*) proprio marte comparavi, hinc et candide in gratiam artis tyronum, non magiſtrorum ita communicare debui. Dictatorem agere nolo, aliorum vero dictaturas petulantes aut injuſtas cenſuras ſervili modo in nobiliſſima rei herbariae ſcientia perferre nulla ratione obſtrictum me ſentio. Liceat igitur et mea exponere et ab aliorum praeceptis recedere, non, quod magnifice de me ſentiam, ſed potius quod aliquam diſſentiendi licentiam meo jure mihi vindicem. Tua vero ſi intereſt, *Botanophile*, fungos, tanquam curioſiſſima regni vegetabilis corpora, tibi commendatiſſima habeas; fructus enim et voluptatis non parum ſenties. Ceteroquin magna ex parte in phyſicis latent, quae fungos ſpectant, non ſine rei herbariae emolumento detegenda, curioſioribus tantum relicta, qui (ut *ſummi* BOERHAVII verbis utar) *minima ſubtiliſſime ſectando naturae abdita verius pulchro inſtituto revelant.*

Digitized by Google

AVTHO-

AVTHORES.

Aćt. Gall. Acta Gallorum, ſeu Pariſina. 1713.
Aćt. Stockh. Acta Stockholm. 1742.
Agric. de Nat. Foſſil. Agricola de Natura Foſſilium.
C. B. Pin. C. Bauhini Pinax.
J. B. Hiſt. J. Bauhini Hiſtoria Plantarum.
Bocc. Muſ. Boccone Muſeo di Piante rare.
Buxb. Cent. Buxbaumii Centuriae Plantarum rariorum.
Buxb. Enum. Pl. - - Enumeratio Plantarum circa Halam cet.
Caeſalp. Caeſalpinus de Plantis Libr. XVI.
Celſ. Vpſ. Celſii Catalogus Plantarum circa Vpſaliam. Aćt. Vpſ. 1732.
Cluſ. Hiſt. Cluſii Rariorum Plantarum Hiſtoria.
Cord. in Dioſcorid. Cordi Annotationes in Dioſcoridem.
Dodon. Pempt. Dodonaei Pemptates Stirpium.
Dill. Cat. Giſſ. Dillenii Catalogus Plantarum circa Giſſam.
Gottſch. Flor. Pruſſ. Gottſchedii Flora Pruſſica.
Hall. Enum. Helv. Halleri Enumeratio Methodica Stirpium Helvetiae.
Hoffm. Fl. Altdorff. Hoffmanni Florae Altdorfinae deliciae hortenſ.
Hoffm. Cat. Altdorff. - - - - - - ſylveſtres.
Johren Bot. Francof. Johrenii Botanicum Francofurtanum.
Linn. Hort. Cliff. Linnaei Hortus Cliffortianus.
Linn. Fl. Lapp. - - Flora Lapponica.
Linn. Fl. Suec. - - - - Suecica.
Loeſel. Loeſelii Plantae in Boruſſia naſcentes.
Lobel. Icon. Lobelii Plantarum ſeu Stirpium Icones.
Malpigh. Malpighius de Plantis in aliis vegetantibus.
Menzel. Pug. Rar. Menzelii Pugillus Rariorum Plantarum.

Digitized by Google

Mich. N. Pl. G.	Michelii Nova Plantarum Genera.
Petiv. Gazoph.	Petiverii Gazophylacium Naturae et Artis.
Pancov. Herb. Port.	Pancovii Herbarium Portatile.
Park. Theatr.	Parkinſoni Theatrum Botanicum.
Pluckn. Phyt.	Pluckenetii Phytographia.
Pluckn. Almag.	- - - Almageſtum Botanicum.
Raj. Hiſt.	Raji Hiſtoria Plantarum.
Raj. Synopſ. ed. 2. 3.	- - Synopſis Methodica Stirpium Britannicarum. ed. 2. et 3. cum App. et Obſ. Doodii et Sherhardi.
Rar. Muſ. Besler.	Rariora Muſei Besleriani.
Rupp. Fl. Jen.	Ruppii Flora Ienenſis. ed. Francof. et Haller.
Schwenckf. Cat. Foſſil. Sileſ.	Schwenckfeldii Catalogus Foſſilium Sileſiae.
Stirp. Sileſ.	- - - - - Stirpium Sileſiae.
Sterb. Theatr.	Sterbeeckii Theatrum Fungorum.
Tourn. Inſt.	Tournefortii Inſtitutiones Rei Herbariae.
Trag. Hiſt. Stirp.	Tragi Hiſtoria Stirpium.
Vaill. Bot. Pariſ.	Vaillantii Botanicum Pariſienſe.

Digitized by Google

OMNIS
FRVCTIFICATIO FVNGORVM,
PARVITATE OCVLOS NVDOS SVPTERFVGIENS

armato

- patet,
  - in ſuperficie diſperſa et congeſta
    - fibroſi. BYSSVS.
    - clavato - obtuſi integri, vel acuminati et diviſi. CLAVARIA.
    - plicato - concavi et variae figurae. ELVELA.
  - vel
  - in receptaculis peculiaribus.
    - capitati
      - ſuperne lineis reticularibus. PHALLVS.
      - inferne
        - tubulis. BOLETVS.
        - lamellis. AGARICVS.
- vel latet, corporis
  - intra cavitatem
    - campanulati. PEZIZA.
  - vel
  - intra ſubſtantiam
    - turbinathi et globoſi.
      - CLATHRVS.
      - STEMONITIS.
      - LYCOPERDON.
      - MVCOR.

Digitized by Google

OMNIS

FRUCTIFICATIO FUNGORUM,

PARVITATE

OCULOS NUDOS SUBTERFUGIENS,

ARMATO

VEL

PATET.

IN SUPERFICIE DISPERSA ET CONGESTA

CORPORIS FIBROSI.

GENUS I.

BYSSUS.

Tab. I.

Eſt fungus, pluribus filamentis plus minus ramoſis a. *aut ſimplicioribus* b. *ſaepius cylindricis conſtans, quibus in potioribus fructificationes* c. *ſecundum longitudinem adhaerent, quae in aliis in ſpicam* d. *racemum* e. *vel capitulum radiatum* f. *colliguntur.*

Digitized by Google

Fructificatio ſingula - - - - - - -
Semina plura ovata, vel globoſa, minutiſſima. g.

SPECIES.

I. BYSSVS; *capillacea, pulverulenta, fructificationibus ſparſis, filamentis tam ſimplicibus, quam ramoſis.*

Byſſus petraea, crocea. Rupp. Fl. Jen. p. 300.

Byſſus aurea, Derbienſis, humifuſa. Petiv. Gazoph. Dec. V. no. 122. tab. 10. no. 3. Raj. Synopſ. ed. 3. p. 56. no. 6.

Byſſus minima, ſaxatilis, aurea, inodora, filamentis partim ſimplicibus, partim ramoſis. Mich. N. Pl. G. p. 210. tab. 89. fig. 2.

Byſſus petraea, crocea, glomerulis lanuginoſis. Dill. Sylv. Muſc. p. 8. tab. 1. fig. 16. vid. Haller. Enum. Helv.

Muſcus croceus, ſaxigena, holoſericum referens, ſeu Byſſus petraea. Raj. Synopſ. ed. 2. p. 40. no. 2.

Lapis crinitus. Rarior. Muſ. Besler. tab. 26.

Germ. Ein gold - gelber ſtaubichter Haar-Schwamm, mit theils einfachen theils aeſtigen Zaſern.

In ſcopulis, vineis, muris et ſaxis ſub-humidis ſeptentrionem verſus hyeme & vere potiſſimum viget.

Abundat v. gr. in muris vetuſtioribus et ſcopulis campeſtribus muſcoſis *tractus Miſniae metalligerae inferioris*, circa urbem *Freyberg;* nec minor fungi proventus obſervatur in aſperis, montoſis *Grimmenſibus*, aliisque locis ad fluvium *Muldam*.

Copioſe in *Thuringiae* locis ſylvaticis aſperis et lapidoſis altiſſimis, *die Stein-Klippen*, intra arcem *Wendelſtein* et pagum *Wangen*, ad ripas fluvii *die Vnſtruth*; nec non in vineis *Numburgenſibus* et *Freyburgenſibus* ad *Salam*.

Ad rudera arcis *Lebuſienſis* in *Marchia Elect. Viadrina* quoque obviam ivit.

Plantulae filamenta attenuata & pulverulenta crocea per aetatem fuſca evadunt, & odorem vix notabilem ſpirant.

VARIETAS.

a. *Byſſus*; capillacea, pulverulenta, violam redolens, fructificationibus ſparſis, filamentis aureis et brevibus, partim ſimplicibus, partim ramoſis.

Digitized by Google

Byſſus

Byſſus Germanica, ſaxatilis, aurea, Violae martiae odorem ſpirans. Mich. N. Pl. G. 210. tab. 89. fig. 3.

Herbula muſcoſa Violae odorem ſpirans. Agric. de Nat. Foſſil. Lib. V.

Iolithus ſeu lapis violaceus. Schwenckf. Cat. Foſſil. Sileſ. p. 382.

Lapis Aldenbergenſis, odoris violacei. Rar. Muſ. Besler. tab. 29.

Lapis violaris vulgo curioſorum.

Germ. Ein gold - gelber ſtaubichter Haar-Schwamm, mit einem Maerts - Violen Geruche und kurzen theils einfachen theils aeſtigen Zaſern.

Violen - Stein. Stein - Blüten.

In *Marchia* et *Thuringia* nondum vidi, *Miſniae* autem *metalligerae tractus* et proxima *Bohemiae* confinia plantulam generant, ubi in aſperis, muſcoſis et irriguis locis plurimis paſſim occurrit.

Spec. poſt urbem *Freybergam*, ad vicum *die Hals-Brücke*, ubi aquae machinis et laboribus metallicis dicatae fluunt, nec non circa *Frauenſtein* et *Aldenberg*.

Habitat etiam ad ripas *Muldae nigrae*, in lapidibus aliisque rivulis metallicis copioſe intra oppidum *Eybenſtock* et officinas ferrarias, *Wildenthal und Mulden-Hammer cet.*

Fungus fibris componitur breviſſimis, quae oculo nudo ſub ſpecie tenuiſſimae pulverulentae cruſtae aliquando apparent. Plura vid. in *Clar. Dn.* Brückmanni *Epiſt. de Lap. Violac. Sylv. Hercyn.*

b. Byſſus; capillacea, viridis, fructificationibus ſparſis, filamentis brevibus, tenuiſſimis, partim ſimplicibus, partim ramoſis.

Byſſus tenerrima, viridis, vellutum referens. Raj. Synopſ. ed. 3. 56. n. 1.

Byſſus terreſtris, viridis, herbacea et molliſſima, filamentis ramoſis et non ramoſis. Mich. N. Pl. G. 211. tab. 89. fig. 5.

Germ. Ein ſehr weicher grüner Haar-Schwamm, mit kurzen und überaus zarten theils einfachen, theils aeſtigen Zaſern.

In Saxis, muris ruptis, corticibus arborum dehiſcentibus, paſcuis argilloſis cet. ſaturate viridem et filamentis magis ramoſis poſt

 nivis

Digitized by Google

nivis defluvium, februario menſe, circa *Lipſiam* ſparſim deprehendi.

In agro Berolinenſi ad pagos et ſepes pomariorum frequens junio menſe, ſpec. *zu Schoene-Linde und Franzoeſiſch-Buchholz*, et per *Marchiam Vckeranam* in agro *Primislavienſium* ſaepius obſervatur.

In pagis *Viadrinis* pluribus *Marchiae* circa piſcinularum et paluſtrium margines lutulentos menſibus vernis etiam oritur, modo ſubviridis, modo pallide virens. ſpec. zu *Saxendorff*, *Golzow*, *Gorgaß*, *Zſchechin* cet.

B. nigricans. Roth.

c. *Byſſus*; capillacea, fuſco-nigricans et mollis, fructificationibus ſparſis, filamentis breviſſimis, partim ſimplicibus, partim ramoſis.

Byſſus ſericea, e viridi nigricans, filamentis brevibus, partim bifidis, partim integris. Mich. N. Pl. G. 211. tab. 90. fig. 9.

Germ. Ein ſchwarz-brauner Haar-Schwamm, mit ganz kurzen theils einfachen, theils getheilten Zaſern.

Poſt crebriores pluvias, veris et autumni tempore, in ſylvis *Lipſienſium* et *Martisburgenſium*, pomariisque ad *Ceraſos*, *Quercus*, *Ulmos*, *Carpinos* et *Populos tremulas* oritur; praeſertim in earundem corticibus ſolutis, humectatis et fatiſcentibus.

Autumno in *Alnis* et *Betulis* in *Marchia Elect.* non infrequens circa paluſtria et muſcoſa tam *Viadrina* quam *Sprevana*.

Facilius apparet plantula in *Betulis*, quam aliis arboribus; parvi enim *Byſſi* ceſpites fuſco-nigricantes aut ſubvirides in cortice niveo ſtatim oculos incurrunt.

B. atra, Roth.

d. *Byſſus*; capillacea, nigra, fructificationibus ſparſis, filamentis rigidis, longioribus, partim integris, partim ramoſis.

Byſſus ceſpitoſa, nigra, filamentis ramoſis et non ramoſis. Mich. N. Pl. G. 221. tab. 90. fig. 2.

Germ. Ein ſchwarzer Haar-Schwamm, mit etwas laengern und ſteiffern theils einfachen, theils aeſtigen Zaſern.

Locis jam dictis in variarum arborum corticibus aliisque campeſtribus ſaxis et muris perve tuſtis ceſpites majores et latiores format.

In uliginoſis circa fluvium *die Toepel* ad *Thermas Carolinas* in *Bohemia*, nec non in *Marchia Elect.*, in paluſtribus ante pina-

ſtretum

Digitized by Google

ſtretum *Münchebergenſe* vulgo *der Kalówiſche Buſch* ſaepius occurrit. In *Marchia Vckerana*, in *Fagi* corticibus etiam frequens.

e. Byſſus; capillacea, exigua, fructificationibus ſparſis, filamentis ramoſiſſimis.

Byſſus minima, ſaxatilis nigra, ramoſiſſima, viticulis nudis. Mich. N. Pl. G. 212. tab. 90. fig. 5.

Germ. Ein ganz kleiner ſchwarzer Haar-Schwamm, mit unendlich zertheilten Zaſern.

Hyeme et vere in vinetis *Trajectino-Viadrinis* ad lapides oritur.

Martio menſe in ſaxis et ſcopulis *Thuringiae*, *Franconiae* et *anterioris Hercyniae* plantula nigerrima vivit.

II. BYSSVS; *capillacea, fructificationibus ſparſis, filamentis integris et productioribus, baſi latiſſima.*

Byſſus latiſſima, ſpeluncis et cellis vinariis innaſcens, vel pannum laneum ſimulans, primum alba, deinde nigra, filamentis tenuiſſimis, non ramoſis. Mich. N. Pl. G. 211. tab. 89. fig. 9.

Fungus ſpongioſus, niger, pannum laneum textura ſimulans, doliolis vinoſis adnaſcens. Pluck. Almag. p. 164.

Fungus ſpongioſus, reticulatus, niger, doliolis vinoſis adnaſcens. Raj. Synopſ. ed. 3. 52. n. 10.

Germ. Ein weiſſer Haar-Schwamm, mit etwas laengern, zaertern und einfachen Zaſern, auf einem überaus breiten Grunde.

Subterranea naſcendi loca auctorum nomina indicant, maxima ex parte clauſa, uti ſunt canales, aquaeductus, cellae vino e cereviſiae dicatae cet. in quibus haec ſpecies admodum luxurians non modo parietes verum etiam integra ligna et dolia obducit; probe tamen diſtinguenda eſt a ſpecie quadam *Agarici*, quae ſimili facie in ſubterraneis locis ludit.

Fungus qui *telae Goſſypinae* faciem refert, quae *Germ. Barchend* appellatur, et margine croceo vel purpureo nonnunquam variat, filamentis gaudet ſimplicibus, tenuiſſimis, et per maturitatem omnem nitorem deponit, et niger evadit.

Latiſſima et elegantiſſima hujus *Byſſi* ſpecimina circa urbem *Schneebergam* in *Miſnia metalligera* collegi, et ſpec. e machinis ligneis ſubterraneis metallifodinae cuiusdam *der Rappolt* dictae decembri menſe mecum deportavi. Prodiit etiam fungus paullo poſt intra ciſtulam ligneam humectatam et clauſam, multo tamen rarioris texturae.

 Digitized by Google *a. Byſſus*;

α. Byſſus; fructificationibus ſparſis, filamentis productioribus, craſſis, baſi latiſſima, in plures figuras diſci aemulas expanſa.

Byſſus major, ſpeluncis et cellis vinariis innaſcens, latiſſima, primum alba, dein aurea, poſtea fulva, filamentis craſſioribus et longioribus, fiſſilibus. Mich. N. Pl. G. 211. tab. 90. fig. 1.

Pſeudo-Spongia fungoides, fulva, lignis adnaſcens. Raj. Synopſ. ed. 3. App. 334.

Fungus ſetaceus. Bocc. Muſ. P. I. tab. 303. fig. 6.

Germ. Ein weis-gelber Haar-Schwamm, mit laengern und ſteiffern Zaſern, deſſen ſehr weitlaeufftiger Grund ſich in viele runde Geſtalten ausbreitet.

Quid vulgatius fortaſſe in profundioribus ſubterraneis jam dictis et cellis vinariis?

Nomina varietatum in nonnullis fungorum ſpeciebus nimis extenſa et aucta non ſemper auctoribus vitio ducenda ſunt, incerta enim et dubia individuorum ſigna ſaepius anſam praebent deſcriptioni, quae loco nominis datur.

III. BYSSVS; *capillacea, fructificationibus ſparſis, filamentis brevibus, integris et tenuiſſimis, baſi craſſa, reptante.*

B. rigida. Roth

Byſſus minima, cinerea, tenuiſſima, plerumque non ramoſa, inodora, baſi ſeu carne craſſiore, junioribus arboribus ima parte terrae proxima innaſcens, eandemque inveſtiens. Mich. N. Pl. G. 211. tab. 89. fig. 4.

Fungus violaceus, herpedis modo irrepens lignis. Raj. Synopſ. ed. 2. app. 336.

Germ. Ein Aſch-grauer oder blauer Haar-Schwamm, mit kurzen zarten und einfachen Zaſern, auf einem fleiſchichten um ſich kriechenden Grunde.

In deiectis et putrefactis *Coryli*, *Aceris*, *Opuli*, *Populi*, *Vlmi* aliarumque truncis et lignis emortuis, verno tempore, et quidem in virgultis et umbroſis ſylvarum et pomariorum locis.

Spec. circa *Lipſiam* in omnibus ſuburbanis ſylvis et dumetis occurrit.

In fagetis *Marchiae Vckeranae* poſt pluvias circa *Roſenau* et *Boytzenburg*.

In alnetis et conſimilibus locis *Marchiae Elect.* et *Novae* etiam habitat, ubi plures arbores ſenio confectae et a procellis effractae in uliginoſa decidunt.

Digitized by Google

α. Byſſus;

a. *Byſſus*; capillacea, miniata, fructificationibus ſparſis, filamentis integris, tenuiſſimis et breviſſimis.

Byſſus pulverulenta, violacea, lignis adnaſcens. Raj. Synopſ. ed. 3. 336. num. 3.

Byſſus purpurea, delicatiſſima, arborum corticibus adnaſcens, breviſſimis ac tenuiſſimis filamentis. Mich. N. Pl. G. 211. tab. 9. fig. 3.

Germ. Ein ſtaubichter purpur-farbener Haar-Schwamm, mit denen allerkürzeſten und feineſten einfachen Zaſern.

Corticibus arborum, *Quercus*, *Vlmi*, *Carpini* fruticumque aliisque ramentis, columnis cet. putreſcentibus hyeme et autumno innaſcitur.

Poſt pluvias vernas temperatas in *Marchiae Elect.* pinaſtretis integra ligna carioſa occupat.

b. *Byſſus*; capillacea, coerulea, vel candida, fructificationibus ſparſis, filamentis integerrimis et omnium tenuiſſimis et brevibus.

Byſſus minima, coerulea, non ramoſa, muſco innaſcens. Mich. N. Pl. G. 212. tab. 90. fig. 8.

Germ. Ein blauer oder weiſſer Haar-Schwamm, mit denen allerfeineſten und kürzeſten einfachen Zaſern.

In *Circulo Lipſienſi Muſcis* et *Ericis* obſidet, tempore verno; ſpec. circa pagos *Schoenefeld*, *Mockau*, *Pomſen*, *Steinberg*, cet. ubi paſſim obviam ivit.

Martio aprili et majo in *Marchia utraque Viadrina* frequens in herbidis elatioribus et dumetis, v. gr. in *Vaccinio*, *Pyrola*, *Serpillo*, *Lycopodio*, *Helianthemo*, *Origano* et aliis herbis viget, nec non in ſaltubus et pratenſibus *Sprevanis* et *Havellanis*, circa urbem *Fürſtenwalde*, *Spandow*, *Coepenick*, *Nauen* cet.

IV. BYSSVS; *petiolata, fructificationibus in racemos cruciatim digeſtis.*

Botrytis comata, griſea, caule ſimplici, craſſiore, ſeminibus rotundis. Mich. N. Pl. G. 212. tab. 91. fig. 1.

Germ. Ein grauer Haar-Schimmel, deſſen Früchte auf einem Stielgen in Creuz-weiſe gegen einander geſezten Trauben-Büſcheln hervorkommen.

Autumno in putridis columnis, aſſeribus, lignis et herbis, variisque hortorum et pomariorum recrementis humeſcentibus,

Digitized by Google

nec non ipſa hyeme in fructibus variis *Cucurbitae* et ſuccis *Lipſiae* et *Berolini* oritur.

Decembri in *Clavariae* ſpec. 3. et quidem *varietate* ejus c. putreſcente obſervavi.

Fungus omnium facile vulgatiſſimus et toto ferme anno obvius, pro aëris conſtitutione diverſa et loci beneficio fructificationem citiſſime abſolvit, et vigeſies in anno renaſcitur, ut tentamina ſationis propria docuerunt. De quibus vid. Diſſert. noſtr. Illuſtr. Acad. Scient. Berolin. praelect.

a. *Byſſus*; petiolata, griſea, fructificationibus in petiolo ramoſiſſimo ſpicatim digeſtis.

Byſſus pulverulenta, incana, farinae inſtar ſtrata. Raj. Synopſ. ed. 3. 56. no. 2.

Botrytis ſpicata, griſea, ſeminibus rotundis. Mich. N. Pl. G. 212. tab. 91. fig. 4.

Germ. Ein grauer Haar-Schimmel, deſſen Früchte auf einem ſehr aeſtigen Stielgen Spizzenweiſe hervorkommen.

Fungus cum praecedenti fugaciſſimus colore lacteo et aliquando viridi variat.

Ad arborum et fruticum radices in ambulacris ſuburbanis, umbroſis, ſylvaticis et hortenſibus *Lipſienſium*, nec non ſub arboribus eleganter detonſis auguſto et ſeptembri ſparſim occurrit.

In *Marchia Elect.* ad foſſulas ſabuloſas circa pagos rarius obſervatur.

V. BYSSVS; *petiolata, ceſpitoſa, fructificationibus in ſpicam decompoſitam digeſtis.*

Aſpergillus terreſtris, ceſpitoſus ac ramoſus, albus. Mich. N. Pl. G. 213. tab. 91. fig. 4.

Germ. Ein weiſſer Raſen-artig wachſender Haar-Schimmel, deſſen Früchte in einer doppelt zuſammen geſezten Spizze hervorkommen.

In *Vlmo*, *Acere* et *Carpino* annoſa, ad radicem excavata, *ſylvae marchicae magnae*, poſt pagum *Hermersdorff*; *am hohen Graben* naſcentem collegi.

VI. BYSSVS; *petiolata, fructificationum lineolis in capitulum radiatum denſe congeſtis.*

Aſpergillus capitatus, capitulo glauco, ſeminibus rotundis. Mich. N. Pl. G. p. 213. tab. 91. fig. 5.

Germ. Ein weis-grauer Haar-Schimmel, deſſen Früchte in ein Stern-foermiges Koepfgen dichte zuſammen geſezzet ſind.

Digitized by Google

In *Vlmi* et *Carpini corticibus*, variisque radicibus et fructibus v. gr. totius *generis cucurbitacei*, *Dauci*, *Raphani*, nec non in cerealium ſcaphis aeſtate aliquando et autumno frequens.

Cum quartae ſpeciei varietate nivea etiam in *Creta* cum *ſucco Aurantiorum* fermentata et corrupta prodiit.

VII. BYSSVS; *farinacea*, *vireſcens*, *aquae inſperſa*. Linn. Fl. Suec. 390.

Byſſus membranacea, aquatica. Linn. Flor. Lapp. 529.

Byſſus latiſſima, papyri inſtar ſupra aquam expanſa. Raj. Synopſ. ed. 3. 57.

Germ. Ein ſtaubichter grüner Haar-Schimmel, welcher ſich über das Waſſer in Geſtalt einer Haut ausbreitet.

Hoc anno plantam majo et junio in aquis quieſcentibus et pigrioribus hortorum ſaepius collectam, nec antea viſam, nec lentis beneficio ſatis exploratam *Clar*. Linnaei auctoritate ad *Byſſi* genus retuli.

Byſſi mentionem multi botanicorum injecerunt, genus determinavit praeſertim Michelius; characterem vero perfectiorem reddidit Linnaevs, cujus veſtigia omnino legenda eſſe ſuadet repetita fructificationum comparatio. Hinc *Byſſi* ſpecies facio *Botrytin* et *Aſpergillum* Michelii, dubiis quibusdam omiſſis.

A *Byſſo* ſeparentur Michelianae quaedam ſpecies, quarum proprium genus eſt *Conferva* Dillenii, v. gr. 2. 3. tab. 89. fig. 1. 6. 7.

Fructificationes, quae in *prima*, *ſecunda* et *tertia Byſſi* ſpecie ſecundum fibrarum longitudinem ſparſim prodeunt, in *quarta* et *quinta* racemis cruciatim ſibi oppoſitis aut ſpica ſimplici, compoſita et decompoſita proveniunt. *Sexta ſpecies* a reliquis eo potiſſimum differt, quod fructificationes in lineolas peculiares denſius congeſtae in ſummitatem petioli colliguntur, & radiati capituli ſpeciem efformant.

Cum plantulae dubiae ſuperſint, et obſervationes deficiant, ſtudio cavendum eſt, ne pro *Byſſi* ſpeciebus habeantur perpuſillae algarum aut aliorum fungorum plantulae, comites ſaepenumero ejusdem. Hiſce enim Rvppivm non raro illuſum novimus, nec non e celebrioribus botanicis alios, quorum nomina indicare dubitamus. Quis enim eſt, qui in optime meritorum virorum labores injurius eſſe religioni ſibi non ducat?

Digitized by Google

CORPORIS CLAVATO-OBTVSI, INTEGRI, VEL ACVMINATI, DIVISI.

GENVS II.

CLAVARIA.

Tab. I.

Eſt fungus, perpendicularis, figurae clavato-obtuſae, a. *vel acuminatae et ramoſae* b. *ſuperficie ſimplici gaudens, cui innumerae et minutiſſimae fructificationes adhaerent.*

Fructificatio ſingula - - - - - - -

Semina innumera, minutiſſima et plus quam farinoſa totum fungum ocupant. c.

SPECIES.

I. CLAVARIA; *erecta, corpore ſimplici, obtuſo, integro.*

Clavaria major, lutea. Mich. N. Pl. G. 208. tab. 87.

Clavaria clavae-formis, ſimpliciſſima. Linn. Fl. Lapp. 384.

Clavaria clavata, integra, obtuſa, erecta. Linn. Hort. Cliff. 479.

Agaricus clavatus, flaveſcens. Rupp. Flor. Ien. 306.

Fungoides clavatum, majus. Dill. Cat. Giſſ. 189.

Germ. Ein gelber Keilen-Schwamm.

In ericetis, gramineis, fagetis et pinaſtretis *Miſniae* et *Marchiae Elect.*, *Novae* et *Vckeranae* elatioribus ſeptembri et octobri menſibus frequens. Novembri in *Bohemia* et *Luſatia* etiam collegi.

In *Miſnia* ſpec. in umbroſis, ad *Abietis* vel *Pini* radices, in tractibus montoſis ſummis, circa urbes *Schneeberg*, *Freyberg*, *Johann-*

Digitized by Google

Johann - Georgen - Stadt. In *circulo Lipſienſi*, in ſaltu magno, quo ab oppido *Düben Wittebergam* itur.

In *Marchiae Elect.* ſylva, intra pagos *Friedland* et *Hermersdorff* aliisque circa oppida *Fürſtenwalde*, *Müncheberg*, *Buckow*, *Strausberg*, *cet.* largiorem hujus fungi proventum annuum praeſertim ad foveas exciſarum arborum obſervavi, ubi omnes ſimul ejus varietates ferme creſcunt, quae ſparſim penes auctores leguntur.

Species noſtra naturalis craſſiſſima, lutea et laevis pro anni tempore, ſoli beneficio et corporum natura, quibus innaſcitur, figura, magnitudine, numero et colore admodum variat, unde ſequentes;

VARIETAS.

a. Clavaria; erecta, candida, laevis, corpore ſimpliciſſimo, integro, obtuſo, craſſiore.

Clavaria alba, piſtilli forma. Vaill. Bot. Paris. 39. tab. 8. ſect. 8.

Clavaria major, alba. Mich. N. Pl. G. 303.

Lycoperdon clavae effigie. Tourn. Inſt. 564.

Fungus clavatus, piſtillaris, albidus, ſpecies crepitus lupi. Bocc. Muſ. P. I. tab. 307.

Germ. Ein ſtarcker weiſſer Keilen-Schwamm.

Magnitudine priorem aequat, corpus autem in vertice magis craſſeſcit.

In ſylva magna *marchica* praedicta, ad arborum foveas, et in collibus, *in denen Bauer-Bergen.*

Ad areolas carbonarias inter *Ericam*, in ſaltu *Franconiae* vaſtiſſimo circa oppidum *Salſungen* ſparſim collegi.

b. Clavaria; erecta, craſſiſſima, luteo-fuſca, corpore ſimpliciſſimo, integro, obtuſo et rugoſo.

Clavaria major atro-rufeſcens, criſpa. Mich. N. Pl. G. 208. tab. 81. fig. 2.

Germ. Ein groſſer gelb-brauner Keilen-Schwamm, mit einer runzlichen Haut.

Cum prioribus occurrit, et rugis per longitudinem inſculptis et craſſitie variat.

c. Clavaria; erecta, parva, luteo-fuſca, corpore ſimpliciſſimo, integro, vertice obtuſo, tumido et rugoſo.

Fungus clavatus, Ficum referens. Buxb. Enum. Pl. p. 132. c. fig.

Germ.

Digitized by Google

Germ. Ein kleiner kurzer gelb-brauner Keilen-Schwamm, mit einem kolbichten und runzlichten Wirbel.

In locis ſylvarum muſcoſis ad arborum radices in *Marchia* vulgaris, praeſertim *Trajecti ad Viadrum* cet.

Octobri circa *Lipſiam* in ericetis, ad pagos *Pomſen*, *Steinberg* ; *im Vniverſitaets-Holze* cet. item in pinaſtretis intra urbes *Eylenburg*, *Torgau*, *Herzberg*, *Lucca* etc. etiam obſervavimus.

d. Clavaria; erecta, craſſiſſima, luteo-fuſca, corpore ſimpliciſſimo, integro, vertice depreſſo.

Clavaria major, ex rufo ſordide aurea, vertice plano et nonnihil cavo. Mich. N. Pl. G. 208. tab. 87. fig. 3.

Germ. Ein ſtarcker gelb-brauner Keilen-Schwamm, mit einem platten eingedrückten Wirbel.

Cum reliquis in Marchia ſparſim obſervatur.

e. Clavaria; minor, candido-flaveſcens, corpore integro, ſimpliciſſimo, obtuſo.

Clavaria media, albo-lutea. Mich. N. Pl. G. 208.

Germ. Ein kleiner weis-gelber kolbichter Keilen-Schwamm.

In ſylvis et pinaſtretis potioribus per *Marchiam*, *Luſatiam inferiorem*, *Pomeraniam* et *circulum Miſniae Electoralem*, intra *Albim* et *Muldam*, *bey Torgau*, *Eylenburg*, *Hertzberg* cet.

f. Clavaria; minor, lutea, corpore ſimpliciſſimo, gracili, integro et obtuſo.

Clavaria lutea, minima. Mich. N. Pl. G. 203. tab. 87. fig. 5.

Fungoides clavatum, minus. Dill. Cat. Giſſ. 189.

Fungi parvi, lutei, ad ophiogloſſoides nigrum accedentes. Raj. Synopſ. ed. 2.

Germ. Ein ganz kleiner gelber Keilen-Schwamm, mit einem ſchlancken Coerper.

Haec varietas reliquis vulgatior exiſtit, et autumno in ericetis, pinaſtretis, fagetis cet. montoſis et elatioribus, *Bohemiae*, *Poloniae Majoris*, *Miſniae*, *Haſſiae*, *Marchiae*, *Luſatiae*, *Thuringiae*, *Variſciae*, cet. habitat.

Novembri et decembri non raro in foliis *Fagi*, *Pini*, *Abietis* dejectis vel conulis putreſcentibus ligniſque humectatis emortuis gregatim naſcitur.

Digitized by Google

Tripli-

Triplicem, duplicem vel quadruplicem ex una baſi aliquando collegi in ſylvis viadrinis, in *Marchia Nova*, poſt pagum *Cunersdorff.*

g. Clavaria; minima, candida, corpore ſimpliciſſimo, obtuſo, integro.

Clavaria minima, nivea. Mich. N. Pl. G. 208. tab. 87. fig. 6.

Germ. Ein ganz kleiner weiſſer Keilen-Schwamm.

In monticulis umbroſis et muſcoſis toto autumno per *Marchiam* et *Luſatiam inferiorem* frequens.

h. Clavaria; luteo-rufa, corpore integro, ſimpliciſſimo, tenuiſſimo et longiſſimo.

Clavaria rufeſcens, triuncialis, tenuiſſima. Mich. N. Pl. G. 208. tab. 87. fig. 7.

Digitized by Google

Ex

Ex *Ulmi, Populi* aliarumque corticibus detractis et putreſcentibus in conſpectum prodiit.

Fungi hujus figuram aliquando ſatis elegantem et latiſſime expanſam in hybernaculo *horti Trebnizenſis* obſervavi, et quidem in averſa dolii cujusdam parte, quod per hyemem aqua repletum erat. Apices ſcilicet fungi latiſſimi ſpicas *Amaranthi* cujusdam *criſtati* referebant.

c. *Elvela;* fibroſo-reticulata, nigro-fuſca, fibris rigidis et compreſſis.

—— Agaricum nigrum; reticulatum, compreſſum, emortuis arboribus inter corticem et lignum, interdum in ipſo ligno innaſcens ac late ſe diffundens. Mich. N. Pl. G. 125. tab. 66. fig. 3.

Germ. Ein zaſerichter und Nez-foermiger ſchwarz-brauner Holz-Schwamm, mit platten und harten Zaſern.

Toto ferme anno in variarum arborum truncis putredine correptis et carioſis latet, eorundemque ſubſtantiam longe lateque perforat. v. gr. in *Pino, Carpino, Fago.*

De ſpecie *Elvelae 10. 11. 12.* repetatur obſervatio ſub ſpec. *6.* jam ſuperius notata.

Elvelae genus conjungit *Pezizas ſcutellatas* et *pyxidatas* variorum auctorum, cum *Fungoidis* et *Fungoidaſtri* Michelii ſpeciebus nonnullis, quibus tam propriis quam aliorum obſervationibus confirmatus ex *Agaricis* paucos ſuperne et inferne leves adjeci.

Species et varietates quasdam *Elvelae* dubias ſciens praetermitto. In illa enim verſor opinione; vegetabilia hujus ſortis (ut cum *Clar.* Hallero ſentiam) *in quibus vix ulla ſaepius nota occurrit,* [1] *quae per aetatem aut varios caſus non fallat,* obſervationibus prius eſſe determinanda, quam nuda quadam et ſaepenumero vaga affinitatis conjectura ſpeciei aut generi inſerantur.

Botanici autem cum ſit, omnes plantas (ergo etiam fungos) diſtinguere, iisdemque nomina imponere certa et bona, ſponte ſua fluit, eundem quoque omnes plantas ante denominationem in ſtatu perfectionis explorare debere, ceu tali, in quo potiora et diſtincta immo omnia ſigna ad generis characterem vel ſpeciei differentiam neceſſaria in ſingulo individuo occurrunt. Imperfectas enim nec ſufficienter explicatas plantas nominare nullus jure tenetur.

Digitized by Google

IN RECEPTACVLIS PECVLIARIBVS CORPORIS CAPITATI; SVPERNE, LINEIS RETICVLARIBVS.

GENVS IV.

PHALLVS.

Tab. II.

E*ſt fungus capitatus* a. *cujus fructificationes in capituli calloſi partem ſuperiorem colliguntur*, b.

Fructificatio ſingula - - - - - - -

Semina farinacea, rotunda, minutiſſima et innumera c. e receptaculis reticulato-linearibus aut ſicca diſperguntur, d. aut liquamini mixta e. una cum receptaculis colliqueſcentibus f. guttatim defluunt. g.

SPECIES.

I. PHALLVS; *volva exceptus, capituli apice clauſo.*

Phallus alpinus, volva ſubrotunda, alba, pileo cancellato, umbilico pervio carente, pediculo dilute fulveſcente. Mich. N. Pl. G. 202.

Phallus volvatus, pilei apice clauſo. Linn. Fl. Suec. 385. Act. Stockh. 1742. p. 20. tab. 2. fig. 1.

Germ. Eine Stert-Morchel.
Gicht-Schwamm.
Hirſch-Brunſt über der Erde.

Auguſto et ſeptembri, poſt pluvias, in pinaſtretis et ſylvis *Marchiae Elect.* et *Novae* obſervatur, ſpec. in *Havellanis* poſt arcem *Spandow*, circa pagos *Schoenewalde* et *Pauſin*; nec non in ſaltubus *ditionis Friſacenſis*, ſpec. *der Zozen bey Fehrbellin*, et *Rinowienſis* poſt pagum *Stechow* et *Lochow auf der Korn-Horſt*, et circa urbem *Havelberg*. In *Sprevanis* circa urbem *Fürſtenwalde* et

Digitized by Google

et *Coepenick*, unde mulierculae et rhizotomi fungum aliquando *Berolinum* deportant. Novembri in ambulacris horti Acad. Reg. Scient. Berolinenſis obviam ivit.

In *Marchiae Novae, provincia Sternbergenſi*, et quidem in variis monticulis muſcoſis, meridiem ſpectantibus, vinetis et pomariis elatioribus, ad urbem *Drosnam*, ſeptembri, nec non in ipſa *valle Stampeja*, ad pagum *Seefeld*, ſparſim vidi.

In *Marchia Vckerana*, in ſylva vulgo domeſtica dicta, ad arcem *Böyzenburg*, et reliquis hujus ditionis ſaltubus.

Circa *Thermas Carolinas* et oppidum *Ioachimsthal*, in altiſſimis et vaſtioribus *Bohemiae* ſaltubus, et in *Miſniae metalligerae* tractibus circa urbes *Hartenſtein*, *Eybenſtock* et poſt pagum *Rittersgrün* etiam collegi.

In *Thuringiae* ſylvis montoſis, ceduis et umbroſis variis, circa arcem *Heldrungen*, *auf der Sachſen - Burg*, item ad arcem *Beichlingen*, *im Küchen - Holze*, aliisque frutetis montis *die Wenden - Burg über Coelleda*, et tandem in ſaltu vaſtiſſimo *Wertheranorum* ſub *Corylis*, ſub finem aeſtatis, obſervavi.

Caret haec ſpecies umbilico pervio, et volva gaudet non nihil rugoſa, et plicis quaſi diſtincta, reliquis autem cum ſubſequenti ex aſſe convenit.

Venatores in *Marchia Nova* fungum ſatis virulentum partim volva occultatum partim explicatum omni ſtudio colligunt, ſiccant, ſuſpendunt, et pro uſu domeſtico ſuperſtitioſe ſervant.

Phallum in ſummo foetore conſtitutum volva rejecta imperitiores in *Marchia* colligunt, et *ſiccum integrum* vel tauris et vaccis in gulam intrudunt vel pulveriſatum hominibus quoque porrigunt. Sed ſtimulum in utroque ſexu brutorum e nimis aucta fungi portione obſervarunt villici prudentiores diuturniorem, nec non in vaccis laeſam conceptionem, vel abortum cum ſubſequenti corporis extenuatione; alii contradicunt et *Phalli* virtutes magni faciunt.

Plebeculae circa *Iglaviam* in *Moravia* fungum pedum clavis et verrucis applicare ſolent, ſed vano ſucceſſu, ut ex relatione *Doctiſſ. Dni.* LVDECI Phyſici et Medici apud *Drosnenſes* haud gregarii certior factus ſum. Incolae ducatus *Serveſtani* et plures eſum recentis fungi in artriticis doloribus maxime commendant.

II. **PHALLVS**; ***volva exceptus, capituli apice patulo.***

Phallus volva exceptus, pileo apice pervio. Linn. H. Cliff. 478.

Digitized by Google

IN RECEPTACVLIS PECVLIARIBVS CORPORIS CAPITATI; SVPERNE, LINEIS RETICVLARIBVS.

GENVS IV.

PHALLVS.

Tab. II.

Eſt fungus capitatus a. *cujus fructificationes in capituli calloſi partem ſuperiorem colliguntur*, b.

Fructificatio ſingula - - - - - - -

Semina farinacea, rotunda, minutiſſima et innumera c. e receptaculis reticulato-linearibus aut ſicca diſperguntur, d. aut liquamini mixta e, una cum receptaculis colliqueſcentibus f. guttatim defluunt. g.

SPECIES.

I. PHALLVS; *volva exceptus, capituli apice clauſo.*

Phallus alpinus, volva ſubrotunda, alba, pileo cancellato, umbilico pervio carente, pediculo dilute fulveſcente. Mich. N. Pl. G. 202.

Phallus volvatus, pilei apice clauſo. Linn. Fl. Suec. 385. Act. Stockh. 1742. p. 20. tab. 2. fig. 1.

Germ. Eine Stert-Morchel.
Gicht-Schwamm.
Hirſch-Brunſt über der Erde.

Auguſto et ſeptembri, poſt pluvias, in pinaſtretis et ſylvis *Marchiae Elect.* et *Novae* obſervatur, ſpec. in *Havellanis* poſt arcem *Spandow*, circa pagos *Schoenewalde* et *Pauſin*; nec non in ſaltubus *ditionis Friſacenſis*, ſpec. *der Zozen bey Fehrbellin*, et *Rinowienſis* poſt pagum *Stechow* et *Lochow auf der Korn-Horſt*, et circa urbem *Havelberg*. In *Sprevanis* circa urbem *Fürſtenwalde*

et

Digitized by Google

et *Coepenick*, unde mulierculae et rhizotomi fungum aliquando *Berolinum* deportant. Novembri in ambulacris horti Acad. Reg. Scient. Berolinenſis obviam ivit.

In *Marchiae Novae, provincia Sternbergenſi*, et quidem in variis monticulis muſcoſis, meridiem ſpectantibus, vinetis et pomariis elatioribus, ad urbem *Droſnam*, ſeptembri, nec non in ipſa *valle Stampeja*, ad pagum *Seefeld*, ſparſim vidi.

In *Marchia Vckerana*, in ſylva vulgo domeſtica dicta, ad arcem *Böyzenburg*, et reliquis hujus ditionis ſaltubus.

Circa *Thermas Carolinas* et oppidum *Ioachimsthal*, in altiſſimis et vaſtioribus *Bohemiae* ſaltubus, et in *Miſniae metalligerae* tractibus circa urbes *Hartenſtein*, *Eybenſtock* et poſt pagum *Ritters-grün* etiam collegi.

In *Thuringiae* ſylvis montoſis, ceduis et umbroſis variis, circa arcem *Heldrungen*, *auf der Sachſen-Burg*, item ad arcem *Beichlingen*, *im Küchen-Holze*, aliisque frutetis montis *die Wenden-Burg über Coelleda*, et tandem in ſaltu vaſtiſſimo *Wertheranorum* ſub *Corylis*, ſub finem aeſtatis, obſervavi.

Caret haec ſpecies umbilico pervio, et volva gaudet non nihil rugoſa, et plicis quaſi diſtincta, reliquis autem cum ſubſequenti ex aſſe convenit.

Venatores in *Marchia Nova* fungum ſatis virulentum partim volva occultatum partim explicatum omni ſtudio colligunt, ſiccant, ſuſpendunt, et pro uſu domeſtico ſuperſtitioſe ſervant.

Phallum in ſummo foetore conſtitutum volva rejecta imperitiores in *Marchia* colligunt, et *ſiccum integrum* vel tauris et vaccis in gulam intrudunt vel pulveriſatum hominibus quoque porrigunt. Sed ſtimulum in utroque ſexu brutorum e nimis aucta fungi portione obſervarunt villici prudentiores diuturniorem, nec non in vaccis laeſam conceptionem, vel abortum cum ſubſequenti corporis extenuatione; alii contradicunt et *Phalli* virtutes magni faciunt.

Plebeculae circa *Iglaviam* in *Moravia* fungum pedum clavis et verrucis applicare ſolent, ſed vano ſucceſſu, ut ex relatione *Doctiſſ. Dni.* LVDECI Phyſici et Medici apud *Droſnenſes* haud gregarii certior factus ſum. Incolae ducatus *Serveſtani* et plures eſum recentis fungi in artriticis doloribus maxime commendant.

II. PHALLVS; *volva exceptus, capituli apice patulo.*

Phallus volva exceptus, pileo apice pervio. Linn. H. Cliff. 478.

Digitized by Google

Phallus vulgaris, totus albus, volva rotunda, pileolo cellulato, ac ſumma parte umbilico pervio ornato. Mich. N. Pl. G. 201. tab. 83.

Boletus Phalloides. Tourn. Inſt. 562.

Boletus phallum referens. Rupp. Fl. Ien. 203.

Fungus foetidus, penis imaginem referens. C. B. Pin. 374.

Fungus phalloides. I. B. III. 843.

Fungus virilis penis arrecti facie. Lobel. Icon. tab. 309.

Fungorum noxiorum generis XXIII. ſpec. 5. Cluſ. Hiſt. 286.

Germ. Eine Stert - Morchel, deren Hüthgen oberwaerts mit einer Nabel - foermigen Oeffnung verſehen iſt.

Vulgo die rechte Hirſch-Brunſt über der Erde.

Iulio et auguſto variis locis collegi, ſpec. in ſylvis *Ruthenico-Geranis*; in monte *Inſulano* et *Horſellae* ad *Haſſiae* confinia; in deſcenſu *montis confuſionis* vulgo (*der Kiphaeuſer Berg*) verſus urbem *Franckenhauſen*, nec non *im Rauen - Thale bey Iena.*

In ſylvis ditionis *Schwartzburgicae bey Sondershauſen*, et in ſummis ſylvaticis montoſis *comitatus Hennebergenſis*, ſpec. circa *Salſungen*, *Oſtheim* et *Kalten - Nordheim*, ubi et RVPPIVS vidit, ſparſim habitat ſeptembri.

In *Miſnia metalligera* collectum communicavit olim curioſiſſimus HAHNELIVS, et e vaſtiſſimo *Wertheranorum* ſaltu a venatore accepi.

Fungus in omnibus praedictis locis ſedulo obſervatori facile occurrit, et praeſertim poſt pluvias temperatas ſolo foetore ſe prodit, minus tamen frequens eſſe ſolet.

In umbroſis vero *Marchiae Electoralis* et *Vckeranae* ſylvis circa ſingulum arboris (v. gr. *Alni*) truncum carioſum et putreſcentem *Phalli foetidi* ova 6. vel 8. circiter candida et glabra ſaepius oriuntur, quorum magnitudo v. gr. ad ſeminis *Papaveris*; *Piſi*, *Nucis Iuglandis* vel *Pomi* accedens diverſam aetatem diverſumque vegetationis tempus indicare videtur. Quando primus itaque *Phallus* jam julio et auguſto in conſpectum prodiit, reliqui ad unum eundemque truncum ſeptembri menſe aut ultimis novembri diebus non raro fructificant. Singulum ovum membrana componitur ſatis denſa et duplici, cujus interſtitium viſcido quodam turget tenaciſſimo, craſſo et transparente, quod ſiccum membranae duplicaturam conglutinat, et vernicis inſtar lucet. Ovum tale radices agit inferius fibroſas et longius productas,

Digitized by Google

vel intra ligni ſubſtantiam carie deſtructam, vel intra corticem et lignum, ubi plura aliquamdiu vel pauciora ova prorſus latent, et *Phallos* ſuos in ambitu totius trunci per corticis fiſſuras emittunt. Alio tempore *Phalli* inſident *Alni* radicibus quaquaverſum decurrentibus et nudis, aut muſcum radice aut terram proxime ſubſtratam profundius ſubintrant. Subito autem rumpitur omne ovum *Phallo* praegnans et a *Phallo* intus contento ad rupturam uſque diſtentum, quo facto, volvam (ſeu ovum) egreditur fungus, qui naturali ferme penis virilis arrecti forma et facie ad ſenſum intumeſcit, rigeſcit, et foetorem ſpirat cadaveroſo, acerrimo et virulento ſimillimum. Volva e violenta *Phalli* eruptione lacera, collapſa et nonnihil deformis petioli baſin amplectitur, et ad totius ferme fungi defluvium perſiſtit, major tamen vel minor ejus portio a *Phallo* prorumpente ſimul abrepta et in extremo pileoli haerens fructificationem ſaepius per magnam pileoli partem ſufflaminat.

Petiolus extra volvam conſtitutus et ad ſenſum magis intumeſcens pollicis craſſitiem facile ſuperat, et carnis quadam ſpecie gaudet perfragili, cerea et celluloſa. Cavitas ejus ampliſſima in baſi anguſtior et clauſa ſuperius in umbilicatam capituli aperturam terminatur.

In apice petioli haeret capitulum parvum, obtuſe-conicum, concavum, ſubtus patens et tremulum, umbilico donatum vel pervio, vel clauſo. Hujus prona ſuperficies viſcido quodam tenaciſſimo, lucido, craſſo et quodammodo dulci prorſus eſt obducta, quod ab illo, quod intra volvae duplicaturam continetur, minime differt. Sub hoc viſcido in receptaculis reticulatis *Phalli* fructificationes minutiſſimae latent.

Phallus vero volvam deponens fructificationis negotium ſtatim ſubit, cujus primum ſignum eſſe judicamus totius fungi aut praeſertim capituli foetorem latiſſime expanſum et ſumme cadaveroſum, quo fungus oculos ſubterfugiens ſe ipſum indicat, qui facile reperitur. Alterum fructificantis fungi ſignum eſt paulatina turbatio et putrida reſolutio jam dicti viſcidi in capitulo limpidiſſimi. Viſcidum enim illud, quod intra volvam tenaciſſimum et craſſum eſt, fructificatione incipiente extra eandem ſenſim turbatur et fuſcum evadit. Illa vero peracta, prorſus nigreſcit, colliqueſcit, et cum ipſa receptaculorum ſubſtantia ex parte et ſeminibus guttatim defluit.

Hoc facto foetoris virulentia quodammodo remittit, et fungus marceſcit, qui corii inſtar exſuccus ad tempus remanet, in fine autem gratiſſima vermium eſca evadit.

Digitized by Google

„ Foetor in *Phallo* cadaveroſus et ad illum nonnihil accedens, quem de ſe ſpargit *Stapelia* florens, muſcas allicit, quarum ingens turba non raro decepta in capitulum confluit, et tota viſcido capta perit.

Ab omnibus ſui generis ſpecies prima et ſecunda differunt non modo *capitulo*, ſive *pileolo*, reſpectu *craſſiſſimi petioli ſatis exiguo, brevi, patulo* et in margine ſaepius *oblique* quaſi *truncato*, verum etiam *ſeminibus*, quae cum ipſis *receptaculis colliqueſcunt*, et in *liquamine contenta guttatim defluunt*. Quibus accedit *volva*, quae primo totum fungum inveſtit, et deinde *petioli baſin amplectitur*, nec non *foetor viroſus et acris* plane ſingularis, his ſpeciebus tantum proprius. Attributa illa ſpecierum differentiam elegantiſſimam largiuntur, minime vero generis ſeparationem indicant.

Poſito autem hoc! *Agaricus* quidam (ſeu *Fungus inferne lamellatus*) *petiolo volva exceptus*, *pileolo brevi* et *truncato gaudens*, et *totus in liquamen confluens*, a reliquis *Agaricis* pileolo conico aut faſtigiato longiore donatis, minus colliqueſcentibus, coriaceis et lignoſis, quorum ſemina ſicca diſperguntur, et quorum petioli volva carent, cet. ſimili ratione generice differet! ſed falſum prius eſt, ergo et poſterius!

Planta viva ſaepius viſa et explorata docet: *Boletum* et *Phallo-Boletum Michelii* veras et naturaliſſimas eſſe *Phalli* ſpecies.

Structurae ſimilitudinem in capitulis *Phalli foetidi*, *Boletorum* et *Phallo-Boletorum Tournefortii* et *Michelii* reperiundam ſuo jam tempore optime cognovit et expoſuit *Cluſius*, qui *Hiſt.* 286. ſic ſcripſit: v. gr. *cellulis quodammodo praedita*, *quales fere in primi generis eſculentorum fungorum ſpeciebus conſpiciuntur* cet.

Ovulum primae vel ſecundae ſpeciei nondum apertum ridicula denominatione (ſcilicet: MANIVM CACODAEMONVMVE OVA) in Icon. Lobel. p. 275. extat.

Ovula harum ſpecierum nondum explicata et clauſa a venatoribus et bubulcis nonnullis in *Thuringia* colliguntur, et linteo arctius obvoluta et quaſi compreſſa aut fumo indurantur, aut libero aëre ſenſim exſiccantur pro uſu aphrodiſiaco in genere canum, equorum et ruſticorum aliquando. Singuli cujusdam ovuli pulveriſati quartam partem in vehiculo ſpirituoſo maſculis et foemellis ad venerem tardioribus propinant.

III. PHAL-

Digitized by Google

III. PHALLVS; *capitulo conico, ſubtus patente, petiolo nudo.*

Phallus petiolo nudo, pileolo ſubtus laxo. Linn. H. Cliff. 478.

Phallo-Boletus eſculentus, pileolo conico, ampliore, ſub-obſcuro, pediculo levcophaeo, fiſtuloſo. Mich. N. Pl. G. 203. tab. 84. fig. 3.

Boletus pediculo et capitulo donatus, nondum deſcriptus. Rupp. Fl. Ien. 302.

Germ. Eine groſſe breite Morchel, mit einem zugeſpizten unterwaerts offenen Hüthlein, auf einem hohlen Stiele.

In ſylvis arenoſis per *Marchiam* aprili et majo ſparſim occurrit.

a. Phallus; capitulo conico et brevi, e fulvo ſpadiceo, ſubtus patente, petiolo nudo, longiſſimo.

Germ. Eine Morchel, mit einem gelb-braunen kurzen zugeſpizten und unterwaerts offenen Hüthlein, auf einem ſehr langen und hohlen Stiele.

Cum ſubſequentibus in foro venalis proſtat; alias in *Miſnia, Thuringia* et *Variſcia* habitat, ſpec. circa *Wurzen, Oſchaz, Grimme,* et arcem venatoriam celebratiſſimam *Hubertsburg.*

In *Thuringia* reperi, poſt pagum *Lothersleben; bey Querfurth im Walde,* in *Variſcia,* circa oppidum *Reichenbach* et pluribus aliis locis.

A ſpecie quarta differt tertia ſolo capitulo ſubtus patulo.

IV. PHALLVS; *capitulo faſtigiato, ſubtus operculato, petiolo nudo.*

Phallus petiolo nudo, pileo ſubtus undique adnexo. Linn. H. Cliff. 479.

Boletus eſculentus, in metam faſtigiatus. Tourn. Inſt. 562.

Fungus poroſus, in longitudinem metae inſtar excreſcens. C. B. Pin. 370.

Fungorum eſculentorum primi generis ſpec. 4. Cluſ. Hiſt. 263.

Fungi poroſi pyramidalis et in metam faſtigiati quadruplicis Marchiae Brandenburgicae varietas 2. Menzel. Pug. Rar. tab. 6.

Germ. Eine Spitz-Morchel.

Digitized by Google

Vernis

" Foetor in *Phallo* cadaveroſus et ad illum nonnihil accedens, quem de ſe ſpargit *Stapelia* florens, muſcas allicit, quarum ingens turba non raro decepta in capitulum confluit, et tota viſcido capta perit.

Ab omnibus ſui generis ſpecies prima et ſecunda differunt non modo *capitulo*, ſive *pileolo*, reſpectu *craſſiſſimi petioli ſatis exiguo, brevi, patulo*, et in margine ſaepius *oblique* quaſi *truncato*, verum etiam *ſeminibus*, quae cum ipſis *receptaculis colliqueſcunt*, et in *liquamine contenta guttatim defluunt.* Quibus accedit *volva*, quae primo totum fungum inveſtit, et deinde *petioli baſin amplectitur*, nec non *foetor viroſus et acris* plane ſingularis, his ſpeciebus tantum proprius. Attributa illa ſpecierum differentiam elegantiſſimam largiuntur, minime vero generis ſeparationem indicant.

Poſito autem hoc! *Agaricus* quidam (ſeu *Fungus inferne lamellatus*) *petiolo volva exceptus*, *pileolo brevi* et *truncato gaudens*, et *totus in liquamen confluens*, a reliquis *Agaricis* pileolo conico aut faſtigiato longiore donatis, minus colliqueſcentibus, coriaceis et lignoſis, quorum ſemina ſicca diſperguntur, et quorum petioli volva carent, cet. ſimili ratione generice differet! ſed falſum prius eſt, ergo et poſterius!

Planta viva ſaepius viſa et explorata docet: *Boletum* et *Phallo-Boletum Michelii* veras et naturaliſſimas eſſe *Phalli* ſpecies.

Structurae ſimilitudinem in capitulis *Phalli foetidi*, *Boletorum* et *Phallo-Boletorum Tournefortii* et *Michelii* reperiundam ſuo jam tempore optime cognovit et expoſuit *Cluſius*, qui *Hiſt.* 286. ſic ſcripſit: v. gr. *cellulis quodammodo praedita, quales fere in primi generis eſculentorum fungorum ſpeciebus conſpiciuntur* cet.

Ovulum primae vel ſecundae ſpeciei nondum apertum ridicula denominatione (ſcilicet: MANIVM CACODAEMONVMVE OVA) in Icon. Lobel. p. 275. extat.

Ovula harum ſpecierum nondum explicata et clauſa a venatoribus et bubulcis nonnullis in *Thuringia* colliguntur, et linteo arctius obvoluta et quaſi compreſſa aut fumo indurantur, aut libero aëre ſenſim exſiccantur pro uſu aphrodiſiaco in genere canum, equorum et ruſticorum aliquando. Singuli cujusdam ovuli pulveriſati quartam partem in vehiculo ſpirituoſo maſculis et foemellis ad venerem tardioribus propinant.

III. PHAL-

Digitized by Google

III. PHALLVS; *capitulo conico, ſubtus patente, petiolo nudo.*

Phallus petiolo nudo, pileolo ſubtus laxo. Linn. H. Cliff. 478.

Phallo-Boletus eſculentus, pileolo conico, ampliore, ſub-obſcuro, pediculo levcophaeo, fiſtuloſo. Mich. N. Pl. G. 203. tab. 84. fig. 3.

Boletus pediculo et capitulo donatus, nondum deſcriptus. Rupp. Fl. Ien. 302.

Germ. Eine groſſe breite Morchel, mit einem zugeſpizten unterwaerts offenen Hüthlein, auf einem hohlen Stiele.

In ſylvis arenoſis per *Marchiam* aprili et majo ſparſim occurrit.

a. *Phallus;* capitulo conico et brevi, e fulvo ſpadiceo, ſubtus patente, petiolo nudo, longiſſimo.

Germ. Eine Morchel, mit einem gelb-braunen kurzen zugeſpizten und unterwaerts offenen Hüthlein, auf einem ſehr langen und hohlen Stiele.

Cum ſubſequentibus in foro venalis proſtat; alias in *Miſnia, Thuringia* et *Variſcia* habitat, ſpec. circa *Wurzen, Oſchaz, Grimme*, et arcem venatoriam celebratiſſimam *Hubertsburg.* In *Thuringia* reperi, poſt pagum *Lothersleben; bey Querfurth im Walde*, in *Variſcia*, circa oppidum *Reichenbach* et pluribus aliis locis.

A ſpecie quarta differt tertia ſolo capitulo ſubtus patulo.

IV. PHALLVS; *capitulo faſtigiato, ſubtus operculato, petiolo nudo.*

Phallus petiolo nudo, pileo ſubtus undique adnexo. Linn. H. Cliff. 479.

Boletus eſculentus, in metam faſtigiatus. Tourn. Inſt. 562.

Fungus poroſus, in longitudinem metae inſtar excreſcens. C. B. Pin. 370.

Fungorum eſculentorum primi generis ſpec. 4. Cluſ. Hiſt. 263.

Fungi poroſi pyramidalis et in metam faſtigiati quadruplicis Marchiae Brandenburgicae varietas 2. Menzel. Pug. Rar. tab. 6.

Germ. Eine Spitz-Morchel.

Digitized by Google

Vernis menſibus pluvioſis et temperatis per magnam *Germaniae* partem obſervatur, ſpec. in ericetis, hortis, pomariis et pratenſibus elatioribus, nec non in ſylvis ſicciorибus.

Loca fungus in ſylvis amat haud raro carbonaria, in quibus admodum copioſe naſcitur; hinc uberior ejusdem proventus arte ſaepius juvatur ab aniculis, quae hunc in finem certa loca varii generis cineribus ex arborum ramentis, foliis, herbis, *Erica*, *Vaccinio*, *Geniſta* cet. combuſtis foecundant. Sed maxima ſylvarum incendia interdum proh dolor e fungi cultura iſta anili! quae hanc ob cauſam graviſſimo regis mandato in *Marchiae Novae provinciis* noviter interdicta eſt.

Fungus recens et ſiccatus culinas ingreditur, et carne tenui ſecundam *Elvelae* ſpeciem et ſapore longiſſime ſuperat, unde longe majori copia penes aromatarios in nundinis proſtat, quam illa ab omnibus vilior putata *Elvela*.

Omnes varietates hujus ſpeciei 4. petiolo donantur craſſiſſimo et cavo, in cujus cavitatem quinque vel ſex foramina ad baſin illius aperte hiant, ubi nempe petiolus in radicem deſinit.

a. *Phallus*; capitulo faſtigiato longiore, fuliginoſo, e candido rubente, ſubtus lamina alba operculato; petiolo nudo.

Boletus eſculentus rugoſus, albicans, quaſi fuligine infectus. Tourn. Inſt. 561. Mich. N. Pl. G. tab. 85. fig. 1.

Merchella minor, oblonga, fuligine quaſi infecta. Dill. Cat. Giſſ. 188.

Fungus poroſus, rugoſus, albicans, quaſi fuligine infectus. C. B. Pin. 370.

Fungus rugoſus vel cavernoſus, ſive Merulius, ex albo nonnihil rubeſcens. I. B. III. 836.

Fungorum eſculentorum primi generis ſpec. 1. Cluſ. Hiſt. 263.

Fungi poroſi pyramidalis et in metam faſtigiati quadruplicis. Marchiae Brandenburgicae varietas 5. Menzel. Pug. Rar. tab. 6.

Germ. Eine lange weiſs - roethliche Spiz-Morchel.

Cum praecedenti aprili et majo in ſylvis paſcuis et pomariis non infrequens.

Digitized by Google

b. Phallus; capitulo longiore, faſtigiato, e fuſco fulveſcente, ſubtus operculato; petiolo nudo.

Boletus eſculentus, rugoſus, fulvus. Tourn. Inſt. 561.
Fungus poroſus, coloris ex fulvo fuſci. C. B. Pin. 370.
Fungus rugoſus, vel cavernoſus ſive Merulius fuſcus. I. B. Hiſt. III. 836.
Fungorum eſculentorum primi generis ſpec. 2. Cluſ. Hiſt. 263.

Germ. Eine lange braun-gelbe Spiz-Morchel.

Cum prioribus facile occurrit, et autumno pluvioſo interdum redit.

c. Phallus; capitulo faſtigiato, longiore et niveo, ſubtus operculato; petiolo nudo, tenuiore.

Germ. Eine lange Schnee-weiſſe Spiz-Morchel, auf einem dünnen Stiele.

Sub martii finem in areola limoſa et probe ſtercorata horti *Trebnizenſis* rariſſima varietas aliquando obviam ivit.

d. Phallus; capitulo oblongo et obtuſo, longius reticulato, ſubtus operculato; petiolo nudo, breviſſimo.

Fungi poroſi pyramidalis et in metam faſtigiati quadruplicis Marchiae Brandenburgicae varietas 3. Menzel. Pug. Rar. tab. 6.

Germ. Eine Spiz-Morchel, mit einem kolbichten und laenglich gegitterten Hüthlein und einem ſehr kurzen Stiele.

Inter reliquos ſui generis, ad *Betulas* denſe enatas, in agrorum terminis, in *Marchia* et *Luſatia inferiori* obſervatur.
Color pileoli eſt ſpadiceus.

e. Phallus; capitulo ſub-globoſo, ſubtus operculato, petiolo nudo et brevi.

Boletus eſculentus, rugoſus, amplior et orbicularis. Tourn. Inſt. 562. Mich. N. Pl. G. 203.
Germ. Eine runde Morchel, mit einem ganz kurzen Stiele.

Digitized by Google

Varie-

Varietas in *Marchia*, *Miſnia* et *Thuringia* communis, in locis quibusdam frequens, in aliis rarior, cujus loco varietas *a. b.* et vice verſa occurrit.

f. Phallus; exiguus, capitulo ſphaerico, ſubtus operculato, fere ſeſſili.

Fungi poroſi pyramidalis et in metam faſtigiati quadruplicis Marchiae Brandenburgicae varietas 4. Menzel. Pug. Rar. tab. 6.

Germ. Eine ganz kleine Kugel-runde Morchel, faſt ohne Stiel.

Reliquorum comes in ſiccioribus et paſcuis elatioribus.

Semina in ſpeciei hujus varietatibus ſicca diſperguntur ut in tertia.

****

INFERNE TVBVLIS.

GENVS V.

BOLETVS.

Tab. III.

Eſt fungus capitatus, horizontalis, a. *cujus fructificationes in averſa pileoli parte* b. *in tubulos vel poros plures aggregatos* c. *colliguntur.*

Calycem ſeu involucrum fructificationum commune conſtituit pileolus. d.

Receptaculum conſiſtit in tubulo cylindrico, plus minus longo, vel poro, e. in appendicem ſubulatum in quibusdam mutato, f. qui vel in ore vel profundius fructificationes continet. g.

Fructificationem ſingulam formant - - - - - - -

Stamina, h. quorum quinque vel plura margini tubulorum interiori inhaerent, i. quae conſtant *Filamento* capil-

capillari, breviſſimo k. et *Anthera*, ovato-oblonga. l.

Semina numeroſa, minutiſſima, ſub-rotunda, m. interiorem tubuli ſuperficiem occupant.

SPECIES.

I. BOLETVS; *pileolo hemiſphaerico, tubulis angulatis; petiolo ventricoſo.*

Boletus magnus julii menſis. Dill. Cat. Giſſ. 188.

Suillus eſculentus, craſſus, ſuperne fulvus, inferne initio albidus, deinde e flavo ſub-vireſcens, pediculo ventricoſo, et ſupernae pileoli parti concolore. Mich. N. Pl. G. 127. no. 8.

Suillus fulvus, inferi e ex albo vireſcens. Hall. Enum. Helv. 29.

Fungus poroſus, magnus, noſtras. Raj. Hiſt. 100.

Fungus ſuillus, eſculentus. Caeſalp. 617.

Germ. Ein groſſer dunckel-gelber Bülz, mit einem halb-kugel-runden Hüthlein, und einem ſehr dicken Stiele.

Ein groſſer frühzeitiger oder Sommer-Bülz.

In elatioribus pratorum terminis, quercetis, pinaſtretis cet. ſub finem aeſtatis in *Miſnia*, *Marchia* et *Thuringia* communis.

Pileoli figura et color admodum in hac ſpecie variant.

a. *Boletus;* pileolo hemiſphaerico, deſuper obſcuro, ſubtus e viridi flaveſcente; petiolo ventricoſo, obſcuro, baſi in mucronem deſinente.

Suillus eſculentus, craſſus, ſuperne obſcurus, inferne initio albidus deinde ex flavo ſordide vireſcens, pediculo ventricoſo, et ſupernae pileoli parti concolore. Mich. N. Pl. G. 128. no. 13.

Germ. Ein groſſer Bülz, mit einem halb-kugel-runden, oberwaerts dunckel-braunen, unterwaerts grün-gelben Hüthlein, auf einem ſehr dicken und am Ende wieder zugeſpizten Stiele.

Auguſto cum priori poſt pluvias, in pinaſtretis et gramineis ſiccioribus habitat, et in foro ſub nomine *Brat-Bülz* ſaepius proſtat.

Digitized by Google b. *Bole-*

b. Boletus; pileolo latiſſimo, hemiſphaerico, deſuper ferrugineo-rubente, inferne cum craſſo petiolo ſubflavo.

Boletus magnus, auguſti menſis. Dill. Cat. Giſſ. 188.

Suillus eſculentus, craſſus, ſuperne ſordide rubens, vel ex rubro ferrugineus, inferne dilute luteus. Mich. N. Pl. G. 127.

Fungus auguſti menſis. C. B. Pin. 171.

Fungus poroſus, magnus, craſſus. I. B. III. 833.

Fungus poroſus, maximus. Rupp. Flor. Ien. 302.

Germ. Ein ſehr groſſer und fleiſchichter braunrother Bülz, welcher unterwaerts zuſamt ſeinem ſtarcken Stiele dunckel-gelb iſt.

Cum praecedentibus auguſto et ſeptembri, in ſylvis ericetis et paſcuis frequens, cum quibus culinas etiam ingreditur, et quidem ſubſtantia nondum explicata ſed adhuc dura et compactiore; unde a plebeculis vulgo *Stein-Bülz* appellatur.

c. Boletus; pileolo hemiſphaerico, fulvo et ſplendente, tubulis anguſtiſſimis, citrinis, petiolo gracili, concolore.

Boletus luteus. Dill. Cat. Giſſ. 18. forte?

Germ. Ein dunckel-gelber glaenzender Bülz, mit denen allerzarteſten Citronen-faerbigen Roehrgen, und einem dünnen gleich-faerbigen Stiele.

In ſylvis *Marchiae Elect.* et *Novae* inter *Betulas* juniores denſe naſcentes ſatis frequens.

Colligunt fungum pauperculi, et in deliciis habent, ſub nomine *Küh-Bülz* vel *Iuden-Bülz*, alii ſuſpectum et dubium eſſe judicant.

Huic multum ſimilis *Suillus Mich. 128. tab. 68. fig. 1.* ſed contradicit petiolus craſſiſſimus.

d. Boletus; pileolo hemiſphaerico, ſuperne viſcido et fulvo, inferne luteo, petiolo candido-flaveſcente, punctis et lituris nigricantibus diſtincto.

Boletus laevis et viſcidus, obſcure flaveſcens. Dill. Cat. Giſſ. 188.

Suillus eſculentus, viſcidus, craſſus, ſuperne fulvus, inferne luteus, pediculo ſub initium albo, deinde

Digitized by Google

deinde ejuſdem coloris, punctulis et lituris ſanguineis notato. Mich. N. Pl. G. 129.

Fungus poroſus, eſculentus, ſuperne obſcure flaveſcens, viſcidus, inferne luteus. Buxb. Enum. Pl. 128.

Germ. Ein dunckel-gelber klebrichter Bülz, unterwaerts blaſs-gelb, mit einem weis-gelben ſchwarz punctirten und geſtrichelten Stiele.

Octobri in *Marchiae* pinaſtretis frequens, ubi ruricolae *Viadrini* vocant *gute Schweine-Bülze.*

e. *Boletus;* pileolo craſſo, campanulato, deſuper e flavo ſpadiceo et viſcido, inferius flaveſcente, tubulis anguſtioribus; petiolo brevi et tenui concolore, maculis et lituris rubris diſtincto.

Boletus laevis et viſcidus, ſuperne coloris fuſci, caſtanei, inferne lutei. Dill. Cat. Giſſ. 188.

Suillus eſculentus, viſcidus et craſſus, ſuperne obſcurus, inferne ſub-luteus, pediculo brevi, tenui, concolore, punctis et lituris rubris notato. Mich. N. Pl. G. 128. tab. 69. fig. 1.

Germ. Ein dunckel-brauner oder gelb-brauner klebrichter Bülz, unterwaerts blaſs-gelb, mit einem gleich-faerbigen roth geſprenckelten und geſtrichelten Stiele.

Septembri praecedentium ſaepius comes in ſylvis et paſcuis ſterilioribus *Miſniae, Marchiae* et *Luſatiae inferioris.*

f. *Boletus;* pileolo rotundo, plano, in vertice elato, deſuper e rubro ſpadiceo, inferne flavo; petiolo ex albo et fulvo variegato.

Germ. Ein roth-brauner Bülz, mit einem platt-runden und in der Mitte etwas erhabenen Hüthlein, unterwaerts gelb, auf einem gelb- und weis-bunten Stiele.

Cum reliquis ſparſim occurrit in locis umbroſis muſco veſtitis.

g. *Boletus;* pileolo orbiculari, fornicato, ſuperne obſcuro, inferne cum tenui et brevi petiolo ſub-luteo.

Germ. Ein dunckel-brauner Bülz, mit einem platt-runden etwas gewoelbten Hüthlein, unterwaerts

Digitized by Google

waerts zuſamt dem ſehr dünnen und ſehr kurzen Stiele gelb.

Ad pagos *Wulkow*, *Platkow*, *Quiliz* cet. in arenoſis, aliisque ſero autumno, praeſertim *Viadrinis*, obſervavi.

Petiolus longitudine aliquando ſex lineas vix excedit.

h. Boletus; pileolo nonnihil faſtigiato, e nigro ſpadiceo, ſubtus e fuſco rubente; petiolo anulato, longiſſimo et tenuiſſimo, fuſco-luteo.

Boletus verucoſus, e fuſco ſordide niger. Dill. Cat. Giſſ. 189. forte?

Germ. Ein ſchwarz-brauner Bülz, mit einem etwas zugeſpizten und unterwaerts braun-rothen Hüthgen, auf einem ſehr hohen, dünnen, geringelten und braun-gelben Stiele.

Auguſto et ſeptembri in paſcuis circumvallatis *horto Trebnizenſi* proximis (vulgò *der Stut-Garten*) rariorem varietatem collegi.

i. Boletus; pileolo magno, craſſo, hemiſphaerico; ſuperius ſpadiceo-fulveſcente, inferius luteo, petiolo craſſo e luteo rubente.

Suillus magnus, craſſus, ſuperne ex obſcuro fulvus, inferne luteus, pediculo ex luteo rubente primum, poſtea cum ſuperna pileoli parte ad elegantem ruborem inſtar fœcum vini vergens. Mich. N. Pl. G. 129.

Fungus ſuillus, perniciosus, vulgaris. Caeſalp. 617.

Germ. Ein braun-gelbichter groſſer und fleiſchichter Bülz, unterwaerts blaſs-gelb, mit einem ſehr dicken gelb-roethlichen Stiele.

Locis ſaepius indicatis ſero autumno obſervatur; Plebeculae vocant *giftigen Schweine-Bülz*.

k. Boletus; exiguus, totus fuſcus, pileolo orbiculari.

Boletus parvus, dilute fuſci ubivis coloris. Dill. Cat. Giſſ. 189.

Germ. Ein ganz kleiner brauner Bülz, mit einem platt-runden Hüthlein.

Ad *Pini* et *Betulae* radices octobri in ſylvis *Viadrinis* oritur.

Digitized by Google

l. Boletus;

1. I. *Boletus*; pileolo hemiſphaerico, ſuperne ſub-obſcuro, inferne flavo; petiolo ventricoſo, ſpadiceo, in tenuem et longiſſimum mucronem deſinente.

Suillus pernicioſus, ſuperne ſub-obſcurus, inferne ochrolevcus, pediculo ventricoſo, ſupernae pileoli parti concolore, radice in mucronem longum ſenſim attenuatum producta. Mich. N. Pl. G. 129. tab. 69. fig. 2.

Fungus poroſus, pediculo craſſiſſimo et inſtar caulis cepae ventricoſo. Rupp. Flor. Ien. 302.

Germ. Ein dunckel-brauner groſſer Bülz, unterwaerts blaſs-gelb, mit einem dicken gleichſam aufgeblaſenen und ſehr dünne und lang zugeſpizten Stiele.

In *Novae Marchiae* pinaſtretis ſabuloſis circa urbem *Droſnam* occurrit, ſed rarius; in ſaltubus magnis ante vicum *Liebenwalde* et poſt pagum *Schoenebeck* ſparſim collegi fungum.

Tubuli in prima *Boleti* ſpecie aggregati et longiores ſunt, et tam a reliqua pileoli carne quam a ſe invicem facile ſeparantur. In ſubſequentibus potioribus modo breviores ſunt, modo poros referunt et ſaepius ita connati vel connexi, ut ſine deſtructione ſeparari nequeant. Scarabaeorum pilularium numeroſa familia aliquando in petioli cavitate habitat, et totam fungi ſubſtantiam interiorem conſumit.

Primae hujus ſpeciei varietates carnoſas valde ſectantur tam ferae, quam armenta, ut cervi, apri, oves, ſues et totum bovilium genus, quibus nimius *Boletorum* uſus aliquando pernicioſus eſt. Graviſſima ex his in ovibus praeſertim et vaccis (ceu animantibus ſolo ferme emollientis naturae pabulo adſuetis) oriuntur mala; ſive bona fuerit fungorum ſubſtantia, ſive corrupta et verminoſa. Spec. mictus cruentus, ſtaſes in viſceribus inflammatoriae non raro lethales, cum imi ventris intumeſcentia aut conſtrictione et diarrhoea torminoſa. Ex partium robore deſtructo, (id quod ovibus maxime ſolenne,) hepatis ſcirrhus, tabes, tuſſis et hydrops.

II. BOLETVS; *tubulis connexis, pileolo orbiculari et plano, ſuperne lineis concentricis diſtincto, centro excavato; petiolo brevi et tenui.*

Germ. Ein lederhafter harter Heyde-Bülz, deſſen plattes Hüthlein oberwaerts mit verſchiedenen bunten Circkeln bezeichnet und auf dem Wirbel mit einer Vertieffung verſehen iſt.

 In

Digitized by Google

In ſabuloſis pinaſtretis et ericetis *Marchiae* et *inferioris Luſatiae* ad arborum radices, foveas et vias publicas non infrequens. Habitat etiam in ſaltubus *Variſciae* et *Franconiae* ſiccioribus.

Elegantiſſimae ſpeciei pileolus ſuperne ſericeus et circulis coloratis diſtinctus, inferne albus, petiolo brevi tenui et concolore donatus, latitudine et verticis foveola variat, cujus loco macula ſpadicea ſaepius adeſt.

Patet in hac 2. *Boleti* ſpecie ſumma figurae inconſtantia. Tres enim quatuorve fungi ex unius ejusdemque ſpeciei ſemine denſe enaſcentes in unum coaleſcunt tribus aut quatuor umbilicis compoſitum. Alii plures in muſco aut arena ſeſſiles umbilicis excluſis plures membranas ſquamatim ſibi incumbentes formant, et hac ratione *Agarici* veri omnium auctorum evadunt. Hujus mutationis exemplum ſaepius quoque accidit in *ſpecie 6. Elvelae.*

a. Boletus; coriaceus, ceſpitoſus, tubulis tenuiſſimis, connexis, pileolo plano, crenato, et lineis concentricis variegato; centro ſub-fuſco, petiolo brevi.

Polyporus lignoſus et ceſpitoſus, infundibulum imitans, ſuperne nigricans, inferne cum pediculo albus, areolis carbonariis innaſcens. Mich. N. Pl. G. 131. tab. 70. fig. 6.

Germ. Ein lederhafter haufen-weiſe wachſender Heyde-Bülz, mit einem platten ausgezackten und ſchwaerzlichen Hüthlein, welches oberwaerts einen dunckel-braunen Wirbel hat, und mit vielen gleichen Circkeln durchzogen iſt.

In *Marchiae Elect.* et *Novae* pomariis et ſylvis ſiccioribus, tam ad ligna rejecta, quam areolas carbonarias interdum frequens.

Ad radices ſaltus montoſi *Hercyniae*, *der Kohnſtein, hinter Nordhauſen*, et in agro *Ienenſi*, circa *Rüdersdorf* et *Bollwerck*, nec non ericetis et montoſis ſylvis *Franconiae* nonnullis ſparſim collegi poſt oppidum *Salſungen, und um Kalten-Nordheim.*

b. Boletus; ſeſſilis, ſuperne convexus, circulis concentricis varians, tubulis connexis tenuiſſimis, candidis.

Boletus acaulis, ſuperne faſciis ſemicircularibus, dicoloribus, poris albis. Linn. Fl. Suec. 382.

Germ. Ein halb-runder holzichter Baum-Bülz, ſonder Stiel, welcher oberwaerts mit vielen bunten halben Cir-

Digitized by Google

Circkeln bezeichnet, unterwaerts aber mit denen allerzarteſten weiſſen Roehrgen verſehen iſt.

Per plures *Germaniae* regiones in hortis, pomariis et ſylvis ad ligna emortua, arbores, frutices cet. facile occurrit.

Fungus ſubſtantia gaudet lignoſa et ferme perenni, et circulorum color in parte ſuperiori explanata plus minus ſplendente ſexduplex aliquando in fungo præſertim recenti apparet; v. gr. coeruleus, ochrolevcus, rufus, pallidus, pullus, flavus, cet. vid. ſimilem et bonam hujus deſcriptionem in Hall. *Enum. Helvet.*

c. *Boletus*; pileolo explanato, inaequali, deſuper ſericeo, lineis concentricis diſtincto, centro cavo; tubulis ſubtus connexis, echinato-denticulatis.

Erinaceus infundibulum imitans, colore pullo, ſuperne ſericeus, et circularibus ſtriis excavatus, inferne plumbeus, pediculo concolore. Mich. N. Pl. G. 133. tab. 72. fig. 5.

Germ. Ein harter Heyde-Bülz, mit einem ungleichen Sammet-artigen und vielen Circkeln bezeichneten Hüthlein und hohlen Wirbel, deſſen Roehrgen unterwaerts Zahn-foermig zerſchnitten und zugeſpizzet ſind.

Cum praecedenti in pinaſtretis ſabuloſis aliisque deſertis locis ſparſim obſervatur.

d. *Boletus*; coriaceus, pileolo campanulato, inverſo, deſuper ſericeo et fulvo-ferrugineo, lineis concentricis diſtincto; tubulis ſubtus connexis, echinato-denticulatis.

Erinaceus infundibulum imitans, coriaceus, colore ex fulvo ferrugineo, pileolo deſuper veluti ſericeo et pluribus ſtriis circularibus excavato. Mich. N. Pl. G. 132. tab. 72. fig. 4.

Germ. Ein gelb-brauner Leder-hafter Baum-Bülz, mit einem umgekehrten Glocken-foermigen oberwaerts Sammet-artigen und mit vielen Circular-Streiffen bezeichneten Hüthlein, unterwaerts mit Zahn-foermig zerſchnittenen und zugeſpizten Roehrgen.

Digitized by Google

In ſylvis utriusque *Marchiae Viadrinis* humidioribus, ad arborum truncos, et Lipſiæ, in ſuburbanis et proximis ceduis, *im Roſenthale und Streit-Holze* rarius vidi.

ε. Boletus; ramoſus, nigricans, pileolo plano, in centro cavo, lineis concentricis diſtincto; tubulis ſubtus connexis, echinato-denticulatis.

Erinaceus niger, ramoſus, non veſcus. Mich. N. Pl. G. 133. tab. 72. fig. 6.

Germ. Ein ſchwaerzlicher aeſtiger Heyde-Bülz, mit einem platten auf dem Wirbel ausgehoehlten und mit verſchiedenen Circkeln bezeichneten Hüthlein, unterwaerts mit Zahn-foermig zerſchnittenen und zugeſpizten Roehrgen.

Monſtroſa ſicca et aliquando lignea ferme varietas, locis in *Marchia* ſaepius nominatis ſparſim inter priores reperiunda; in ſiccioribus ſabuloſis aut tenui ceſpite veſtitis praeſertim obſervatur.

Experientia teſte *Boleti* occurrunt, quae *tubulis* donantur *partim integris, partim echinato-denticulatis*, unde *Erinaceum* meram *Boleti* varietatem eſſe cenſeo, ſ. rectius *Boletum* degenerem.

III. BOLETVS; *coriaceus, ſquamoſus, ſeſſilis et multiplex, lobis varie diviſis et expanſis, tubulis tenuiſſimis, connexis, anguloſis.*

Agarico-Polyporus, ceſpitoſus, ſiccus, verſicolor, hirſutus, poris laceris, albicantibus. Hall. Enum. Helvet. 27.

Agaricus varii coloris, ſquamoſus. Tourn. Inſt. 562. Dill. Cat. Giſſ. 193.

Agaricum ſquamoſum, ſuperne ſericeum et verſicolor, inferne album, foraminibus brevibus, denſiſſimis, anguſtiſſimis et quaſi pentagonis. Mich. N. Pl. G. 119.

Fungus ceraſorum, imbricatim alter alteri innatus, variegatus. C. B. Pin. 272. no. 8.

Fungus arborum et lignorum putreſcentium, coloris varii. Raj. Hiſt. 159.

Fungus

Fungus holoſericus, iridiformis, quaſi colorum alternatione variegatus. Hoffm. Fl. Altdorff.

Fungus lignoſus, roſeus, variegatus. Bocc. Muſ. P. I. 29.

Fungi ceraſorum, coloris varii, pernicioſi. I.B. III. 384.

Fungorum noxiorum V. genus. Cluſ. Hiſt. 277.

Germ. Ein bunt-geſtreiffter Schuppen-artig und vielfach wachſender Baum-Bülz, ſonder Stiel, mit denen allerzarteſten eckigten Roehrgen.

Hyeme vere et toto ferme anno in ſylvis, hortis et pomariis ad variarum arborum truncos et ligna putreſcentia frequens.

Prona ſuperficies fungi tota ſaepius villis hirſuta et viridis zonulis undulatis verſicoloribus notatur.

Haec ſpecies *Agaricos Lichenis facie* ſub ſe comprehendit.

a. Boletus; coriaceus, ſquamoſus, multiplex et ſeſſilis, ſuperne cinereus, villoſus, inferne albus; tubulis connexis.

Agaricus ſeu fungus meſentericus. Sterb. Th. Fung. 259. tab. 27. k.

Agaricus villoſus et poroſus, ſuperficie murini coloris. Dill. Cat. Giſſ. 193.

Germ. Ein Leder-hafter Schuppen-artig und vielfach wachſender Baum-Bülz, ſonder Stiel, mit ſehr feinen Roehrgen; oberwaerts grau und Sammet-artig, unterwaerts weiſs.

In ſylvis, pomariis aliisque ceduis virgultis, ſpec. *Lipſiae* obſervatur, *im Roſenthale und dem Streit-Holze,* in *Acere* et *Carpino.*

b. Boletus; coriaceus, ſquamoſus, multiplex et ſeſſilis, lobis criſtato-laciniatis, in orbem congeſtis, e candido-rubente ferrugineis; tubulis anguloſis et connexis, tenuiſſimis.

Agaricum ſquamoſum, craſſum et mollius, in roſam plerumque congeſtum, lobis criſtatis, altius radicatum, ex rubro ferrugineum, inferne tenuiſſime et varie perforatum. Mich. N. Pl. G. 120.

 Germ.

Digitized by Google

Germ. Ein bunter Schuppen-artig und vielfach wachſender Baum-Bülz, ſonder Stiel, deſſen Kamm-foermig zertheilte Lappen in der Geſtalt einer Roſe zuſammen geſezzet ſind, unterwaerts mit denen allerzarteſten Roehrgen.

In ſylvis *Lipſienſium* ceduis, vel vinetis et pomariis ſuburbanis humectatis *Trajecti ad Viadrum*, in arborum truncis et radicibus, ſparſim oritur, in illa parte praeſertim, quae terrae proxima eſt.

Tubuli hujus varietatis varie perforati per aetatem laceri evadunt.

IV. BOLETVS; *tubulis connexis, pileolo inverſo, infundibuliformi, petiolo continuo.*

Polyporus coriaceus, fulvus, infundibuli forma, pediculo craſſiore. Mich. N. Pl. G. 130. tab. 70. fig. 4.

Germ. Ein dunckel-gelber Leder-hafter Baum-Bülz, mit einem umgekehrten und in Geſtalt eines Trichters über ſich ausgebreiteten Hüthlein.

Octobri menſe ad *Ulmi*, *Populi*, *Tiliae* et *Pini* caudices obviam ivit in ſylva *Marchica* magna poſt pagum *Hermersdorff*, ubi colore fulvo et ſpadiceo et petioli craſſitie variat.

In pinaſtretis *hinter Franckfurt an der Oder, die Wildbahnen*, nec non *nach Beckmanns Mühle hin* etiam ſparſim obſervatur.

Subſtantia fungi coriacea, durior et perſiſtens a tubuloſa inferiori compage, ut in pluribus aliis, non ſeparabilis eſt, et tubuli poros referentes inter ſe connectuntur.

a. Boletus; fulvus, tubulis connexis, pileolo inverſo, infundibuliformi, in margine fimbriato; petiolo tenuiore et continuo.

Polyporus lignoſus, fulvus, infundibuliforma, ad oras fimbriatus, pediculo tenuiore. Mich. N. Pl. G. 130. tab. 70. fig. 8.

Germ. Ein dunckel-gelher harter Baum-Bülz, mit einem umgekehrten und in Geſtalt eines Trichters über ſich ausgebreiteten Hüthlein, und einem zaertern Stiele.

In

In *Alno* et *Pino* rarius cum priore obſervatur, v. gr. in variis ſubudis locis intra *Fürſtenwalde* et *Coepenick* aliiſque *Sprevanis* ſylvis.

Petiolus ſuſtinens pileolum in hac et antecedente 2. ſpecie cum ipſo pileolo continuus eſt, id quod in aliis ſecus.

V. BOLETVS; *tubulis minutiſſimis, connexis, pileolo orbiculari, ad oras fornicato, centro depreſſo; petiolo gracili, radice bulboſa.*

Polyporus exiguus, coriaceus, fulvus, pileolo concavo ac in medio nonnihil umbilicato. Mich. N. Pl. G. 130. tab. 70. fig. 9.

Germ. Ein kleiner dunckel-gelber Baum-Bülz, mit einem platt-runden gegen den Rand zu gewoelbten und auf dem Wirbel ausgehoehlten Hüthlein, auf einem dünnen Stiele, mit einer knollichten Wurzel.

Auguſto e ceſpite tenui vel ipſis *Betularum* radicibus muſcoſis in *Marchiae Elect.* pinaſtretis variis oritur; ſpec. circa *Müncheberg* et pagos *Quiliz, Platkow, Trebniz,* cet.

Arboribus dejectis putreſcentibus ſparſim innaſcitur in ericetis et ſiccioribus ſylvis *Circuli Lipſienſis,* circa pagos *Pomſen, Steinberg* cet. *und im Univerſitaets-Holze.*

a. Boletus; exiguus, coriaceus, fulvus, tubulis minutiſſimis, albidis, connexis, pileolo orbiculari, plano, in margine fuſco et piloſo; centro depreſſo.

Germ. Ein ganz kleiner harter und dunckelgelber Baum-Bülz, mit einem platt-runden und auf dem Wirbel ausgehoehlten Hüthlein, welches gegen den Rand hin dunckel-braun und haaricht, unterwaerts aber weislich iſt.

Hyeme et vere poſt ſubitaneum nivis et glaciei defluvium ad *Vlmi* et *Carpini* truncos ſenio confectos aliaque ramenta neglecta, in *Lipſienſium* ſylvis ſuburbanis, obſervavi. In *Marchia* minime rara eſt haec varietas, praeſertim in pinaſtretis agri *Berolinenſis.*

b. Boletus; exiguus, coriaceus, candidus, pileolo hemiſphaerico, fornicato, tubulis connexis.

 Poly-

Digitized by Google

Polyporus exiguus, coriaceus, albus, lignis adnaſcens. Mich. N. Pl. G. 130. tab. 70. fig. 7.

Germ. Ein ganz kleiner weiſſer Baum-Bülz, mit einem halb-kugel-runden gewoelbten Hüthlein, und ſehr feinen Roehrgen.

Ad *Betulae* ramenta emortua et varia putrefacta ligna, in ſylva *Marchica* magna ſaepius adducta aliiſque, autumno.

VI. BOLETVS; *pileolo pulvinato, integerrimo, tubulis connexis, echinato-denticulatis.*

Erinaceus coloris pallide lutei. Dill. Cat. Giſſ. 188.

Erinaceus eſculentus, pallide luteus. Mich. N. Pl. G. 132. tab. 72. fig. 3.

Fungus pene candidus, prona parte erinaceus. Buxb. Enum. Pl. 129.

Fungus pulvinatus, buxei fere coloris, volam manus aequans, inferne multis appendiculis linguae vitulinae inſtar exaſperatus, nullo ſucco turgens. Hoffm. Fl. Altdorff. variet: forte?

Germ. Ein gelber fleiſchichter Bülz, mit einem platten gepolſterten Hüthlein, deſſen Roehrgen unterwaerts Zahn-foermig zerſchnitten ſind.

Octobri in pinaſtretis et ſaltubus *Marchicis* circa urbes *Fürſtenwalde*, *Müncheberg*, *Strausberg*, *Landsberg* et conterminis ſparſim collegi.

VII. BOLETVS; *pileolo ſemi-orbiculari, leviter faſtigiato, tubulis connexis, echinato-denticulatis; petiolo praealto et tenui.*

Erinaceus parvus, hirſutus, ex fuſco fulvus, pileolo ſemi-orbiculari, pediculo tenuiore. Mich. N. *Pl.* G. 132. tab. 72. fig. 8.

Fungus non veſcus, echinatus, minor, hirſutus, pileolo ſemi-orbiculari, fuſco. D. Breyn. Michel. loc. citat.

Fungus erinaceus, parvus, pediculo longiore, auriſcalpium referens, buxei coloris, in ſtrobilis Abietis proveniens. Buxb. Enum. Pl. 129.

Digitized by Google *Germ.*

Germ. Ein kleiner harter gelb-brauner Baum-Bülz, mit einem halb runden etwas zugeſpizten rauhen Hüthlein, auf einem hohen und dünnen Stiele, und Zahnfoermig zerſchnittenen Roehrgen.

Pini conulis ſemiputridis innaſcentem ſaepius vidi in potioribus *Marchiae* ſylvis *Viadrinis* et *Sprevanis*, ſub finem ſeptembris.

In *Miſnia Metalligera* circa urbes *Freyberg*, *Schneeberg*, cet. nec non circa *Thermas Carolinas* in *Bohemia*, in *Pini* et *Abietis* truncis, conulis et corticibus putridis in conſpectum prodiit.

Saepius variant in fungo numerus, magnitudo, color et hirſuties.

VIII. BOLETVS; *faſciculatus et ſquamoſus, tubulis connexis, minutiſſimis; lobis laciniato-fimbriato-criſtatis.*

Agaricus multiplex, poroſus. Dill. Cat. Giſſ. 193.

Agaricum ſquamoſum, purpureum, ſuperne lanugine ſerica præditum, infernè ſubtiliſſime et denſiſſime et varie perforatum. Mich. N. Pl. G. 120.

Germ. Ein Schuppen-artig und Büſchel-weiſe wachſender Sammet-hafter Erd-Bülz, mit Purpurfarbenen kraus-faltig zertheilten Lappen und ſehr zarten Roehrgen.

Autumno in ſabuloſis collibus et paſcuis campeſtribus ſiccioribus ipſisque agris et pinaſtretis utriusque *Marchiae*, in quibus *Oſteocolla* oritur et *Elichryſi* varietas, habitat.

In campis deſertis totos *Elichryſi* faſciculos ambit et jugulat fungus, non raro autem totus a ſabulo ventorum impetu congeſto ſepultus obſervatur.

Circa *Lipſiam* ad terminos pratenſes verſus agros poſt pagum *Mockau*, *Abt-Nauendorf* et *im Gundorfer-Hoelzgen* rarius obviam ivit.

Subſtantia fungi coriacea aut lignoſa ferme inmarceſcibilis verum holoſericum purpureum in ſuperficie exacte refert.

IX. BOLETVS; *imbricatus, ſquamoſus, et ſeſſilis, tubulis minutiſſimis, connexis; lobis fimbriatis, ramoſo-foliaceis.*

Agaricus intybaceus. Tourn. Inſt. 562.

Fungus intybaceus et alius, interaneorum vituli ſimilis, cinereus. I. B. III. 859.

Digitized by Google

Germ. Ein Schuppen-artig wachſender Baum-Bülz, ſonder Stiel, mit ſehr zarten Roehrgen, und mit verſchiedlich nach Art der Endivien-Blaetter gefaltenen und tief zerſchnittenen Lappen.

Vulgo Endivien-Schwamm.

In denſioribus et ceduis ſylvis agri *Lipſienſis* ſeptembri habitat in *Quercubus* annoſis, ſpec. *im Roſenthale*, non procul a prato paluſtri, ſylvam terminante, *bey der Mühle zu Goliz*, item *im Gonnewizer, im Gros-Zſchocheriſchen und im verſchloſſenen Holze.*

Color candido-cinereus vel ſpadiceus elegans et reliqua pulcherrima facies fungum commendant.

a. Boletus; imbricatus, ſquamoſus, ſeſſilis et foliaceus, lobis ramoſis, tenerius criſpis et criſtato-laciniatis, ſuperne obſcuris, inferne candidis.

Agaricus eſculentus. Tourn. Inſt. 562. forte?

Agaricum ſquamoſum, ceſpitoſum, eſculentum, criſtatum et laciniatum, ſuperne obſcurum, inferne album, foraminulis breviſſimis, exiguis, rotundis ac denſioribus. Mich. N. Pl. G. 119.

Agarico-Polyporus mollis, ceſpitoſus, foliaceus, ſpadiceus, poris albidis. Hall. Enum. Helv. 28.

Germ. Ein vielfacher Schuppen-artig wachſender blaetterichter weicher Baum-Bülz, ſonder Stiel, mit zart gekrauſten und fein zerſchnittenen braunen Lappen, und ſehr kleinen weiſſen Roehrgen.

Sub finem ſeptembris in *Miſniae* ſaltu vaſtiore poſt vicum *Brandis*, ſecus viam publicam, verſus pagum *Altenhäyn* et oppidum *Trebſen* in *Quercubus* obſervavi.

Frequentior paulo haec varietas eſt in ſylvis majoribus, circa urbes *Wurzen, Stauchiz, Oſchaz*, nec non circa caſtra venatoria celebratiſſima Regis Poloniarum *die Hubertsburg.*

In *Marchiae Electoralis* querceto etiam habitat intra pagum *Marcusdorf* et prædium *Ordinis Iohannitici die Commanderie Liezen.*

Fungus ceſpitoſus, elegantiſſimus, carne candida, molliſſima, ſapida et ſucculenta gaudens et in foro *Lipſienſi* et plurium urbium intra *Muldam* et *Albim* non infrequens, delicatulorum culinas ſub nomine *Habicht-Schwamm* ingreditur, et ſale, pipere, ovis butyro et lacte præparatur.

Digitized by Google

X. BOLETVS; *corpore ſeſſili, latiſſimo, ſuperius lobato, inferius gibboſo.*

Agaricus poroſus, rubens, carnoſus, hepatis facie. Dill. Cat. Giſſ. 192.

Agaricum eſculentum, caſtaneae adnaſcens, latiſſimum, hepatis facie, ſuperne e rubro-ferrugineum, interne ſanguineum, ſubtus ochrolevcum. Mich. N. Pl. G. 117. tab. 61. fig. 1.

Agarico-ſuillus mollis, ruberrimus. Hall. Enum. Helv. 29.

Fungus latus, ſanguinei coloris. C. B. Pin. p. 371. forte?

Germ. Ein ſehr breiter oberwaerts roth-brauner zertheilter, unterwaerts aber blaſs-gelber und hoeckrichter fleiſchichter Baum-Bülz, ſonder Stiel.

Auguſto et ſeptembri ad *Carpinos* et *Quercus* in ſylvis agri *Lipſienſis, im Roſenthale, hinter Leutſch und Lindenau.*

Fungum *Martisburgi* in foro venalem vidi ſaepius, ubi aniculae ob ſubſtantiam mollem et ſucco ſanguineo turgeſcentem *Blut-Schwamm* appellant.

Hepar ſimulat fungus mollis et ſucculentus, ſuperne ruber et nonnihil ſtriatus, a cujus ſubſtantia tubulorum tota compages facile ſecedit, ut de prima *Boleti* ſpecie jam diximus.

XI. BOLETVS; *cruſtaceus, inverſus, tubulis connexis.*

Agaricum cruſtaceum, album, tenuioris ſubſtantiae, varie perforatum. Mich. N. Pl. G. 121.

Germ. Ein umgekehrter weiſſer Rinden-artiger ſchleimichter Baum-Bülz, mit weiten Roehrgen.

In Pinorum aliarumque arborum corticibus et lignis putreſcentibus in *Marchia Elect.* et *Nova* obſervatur cruſta quaedam nivea, mollis et viſcida. Species mihi adhuc dubia!

a. Boletus; cruſtaceus, inverſus, niveus et tenuis, tubulis connexis, partim integris, partim echinato-denticulatis.

Germ. Ein umgekehrter weiſſer und zarter Rinden-artiger Baum-Bülz, deſſen Roehrgen zum Theil ganz, zum Theil Zahnfoermig zerſchnitten ſind.

Digitized by Google

Cum

Cum praecedenti ſparſim in *Marchiae* frutetis denſioribus humectatis ſpec. *molendino Lapenowienſi* proximis rarius autem in *Thuringia* occurrit.

Patet in hac varietate, in qua tubuli integri et echinati mixti ſunt, *Erinaceos Michelii* ſive *Hydni* ſpecies *Linnaei* a *Polyporis* ejusdem minime differre, ideoque hujus omnino generis eſſe. Credat interim duo diſtincta genera botanophilus, qui noſtram experientiam in dubium vocat.

XII. BOLETVS; *ſubrotundus, petiolo horizontali breviſſimo, tubulis ſubtiliſſimis.*

Boletus acaulis, pulvinatus, laevis, poris tenuiſſimis. Linn. Fl. Lapp. 382.

Agaricus pedis equini facie. Tourn. Inſt. 562.

Agaricum igniarium, Agarici officinalis facie, ſed non amarum, ſuperne ex albo cinereum et glabrum, inferne primum ejusdem coloris, deinde argutiſſime et denſiſſime perforatum, foraminulis rotundis. Mich. N. Pl. G. 117.

Boviſta igniaria. Dill. Cat. Giſſ. 197.

Fungus in caudicibus naſcens, unguis equini figura. C. B. Pin. 372.

Fungi arborei ad Ellychnia. I. B. III. 840.

Fungi igniarii. Trag. 943. Caeſalp. 620.

Germ. Ein halb-runder weis-grauer unterwaerts platter Baum-Bülz, mit denen allerzarteſten Roehrgen, und einem ſehr kurzen ſeitwaerts geſezten Stiele.

In ſiccioribus ſylvis et ericetis *Circuli Lipſienſis*, ad *Betulas, im Gundorfer-Hoelzgen*, circa oppidum *Düben*, et pagos *Pomſen, Steinberg* cet. aliisque frequens.

Per *Marchiae* provincias plures in *Betularum* caudicibus vivis et emortuis vulgatiſſima exiſtit fungi ſpecies.

Forma ludit fungus ſubgloboſa, aſſulata, tuberculoſa, inverſa cet. et tubuli ſeu poruli ejusdem nonnunquam prorſus obliterantur, ut ne ullus quidem in conſpectum prodeat. Subſtantia quoque magis vel minus dura tenax et ſicca obſervatur.

Color candido-cinereus in parte prona non raro in ſaturate-ſanguineum vel ſpadiceum tranſit.

Digitized by Google

Eundem

Eundem fungum tum mallei ope, tum coctura lixivii ſulphurati ad ignem celerius concipiendum praeparant, et in foro divendunt. Singulari etiam artificio ſub molliſſimi cujusdam corii forma et facie elaboratum vidi in *Franconia*, nec non veſtimenta hominum corpori apta ex hoc fungo ſcite eleganterque confecta aliquando accepi.

a. Boletus; ſubgloboſus, minimus, ungulam animalis exprimens, ſuperne ſanguineus, inferne niveus. petiolo horizontali, breviſſimo.

Germ. Ein ganz kleiner halb-runder Baum-Bülz, welcher die Klaue eines Thieres vorſtellet, auf einem kurzen ſeitwaerts geſezten Stiele.

Ad caudices *Betularum* in Marchia non infrequens.

b. Boletus; candido-cinereus et ſeſſilis, crucis figuram referens, tubulis ſubtiliſſimis.

Germ. Ein weis-grauer Baum-Bülz, ſonder Stiel, in Geſtalt eines Creuzes, mit denen allerfeineſten Roehrgen.

In *Marchiae Electoralis* ſaltu magno poſt pagum *Hermersdorff*, nec non inter pagos *Cloſterfelde* et *Groſſen-Schoenbeck* in *Betulis* moribundis aliquoties collegi. In ſylva domeſtica *die Iungfern-Heyde* vulgo dicta, ad arcem *Böyzenburg*, et aliis *Marchiae Vckeranae* poſt pagum *Wegun* ſparſim occurrit.

c. Boletus; durus et ſeſſilis, candido-cinereus, ſuperne convexus, tubulis ſubtiliſſimis connexis.

Agarico-Polyporus albus, pulpa farinoſa, ſubtus tubuloſus, fuſcus. Hall. Enum. Helv. p. 26.

Agaricus officinali ſimilis. Dill. Cat. Giſſ. p. 192.

Agarico ſimilis fungus, diverſarum arborum caudicibus adhaerens. C. B. Pin. p. 375.

Fungus arboreus, albidus, maximus, ſeu Agaricus ſpurius. Raj. Hiſt. III. p. 22.

Germ. Ein weis-grauer Baum-Bülz, ſonder Stiel, mit ſehr feinen braunen Roehrgen.

Digitized by Google

In variarum arborum truncis autumno praeſertim viget, et exſuccus per longum temporis ſpatium perſiſtit. Explicatur aliquando in corpus ampliſſimum, quod per aetatem duriſſimum evadit. Sellas e fungo fabrefactas humiliores aliquando apud carbonarios alioſque venatores illoſque ſylveſtres incolas, qui cineres coquunt, in *Marchia Vckerana* vidi.

d. Boletus; flabellum referens, durus, ruſo-flavus, inferne albus; petiolo laterali, breviſſimo.

Agaricus poroſus, flabellum referens. Buxb. Enum. Plant. p. 9.

Agaricum flabelliforme, ſuperne ex ruſo flavum, cute lacera et veluti ſubhirſuta, inferne album et tenuiſſime poroſum, foraminulis rotundis, pediculo ad latera breviori donatum. Mich. N. Pl. G. p. 118.

Germ. Ein roth-gelber harter Baum-Bülz, in Geſtalt eines Wedels, auf einem kurzen ſeitwaerts geſezten Stiele.

Ad *Carpinos*, *Quercos*, *Vlmos* et *Salices* in ſylvis variis agri *Lipſienſis* oritur.

Color ſanguineo-citrinus in ſuperficie ſaepius alterne variat, et cutis in portiones ſquamoſas ſoluta et exaſperata eſt; vernice craſſo aliquando totus quaſi obducitur fungus. A ſpecie ſua facie externa paululum recedit varietas *d.* cum antecedente tamen et ſubſequente hujus omnino loci eſſe, obſervationes docent.

e. Boletus; tuberculoſus, durus et ſeſſilis, ex albo et cinereo fulveſcens; tubulis minutiſſimis connexis.

Agaricum tuberculoſum, durum, Prunis aut Malis adnaſcens, initio album, deinde e fulvo flaveſcens, inferne perbrevibus rotundis atque anguſtiſſimis foraminulis munitum. Mich. N. Pl. G. p. 119. Tab. 61.

Germ. Ein harter knollichter weis-grau-oder gelbichter Baum-Bülz, ſonder Stiel, mit denen allerfeineſten Roehrgen.

Per maximam *Germaniae* partem in hortis, ſylvis, pomariis et ſuburbanis locis ad ligna putrida et arbores annoſas vivit.

INFER-

Digitized by Google

INFERNE LAMELLIS.

GENVS VI.

AGARICVS.

Tab. III.

E*ſt fungus horizontalis*, *capitatus*, a. *cujus fructificationes in averſa pileoli parte* b. *in plures laminas colliguntur.*

Calycem communem fructificationum conſtituit pileolus c.

Receptaculum ſingulum conſiſtit in lamina recta d. per longitudinem a centro ad peripheriam plerumque extenſa, e. quae fructificationes continet numeroſas, tam margini, quam ſuperficiei totius laminae f. infixas.

Fructificationem ſingulam formant - - - - -

Stamina g. *Filamentis* capillaribus tenuiſſimis h. et *Antheris* cylindraceis magnis compoſita, aut ſolitaria i. aut quinque vel plura in faſciculum congeſta. k.

Semina numeroſa, minutiſſima, rotunda, l. in utraque laminae ſuperficie vel quaternario ordine, m. vel nullo, n. collocantur.

De *corporibus diaphanis pyramidalibus* Michelii o. obſervationem communicavimus cum *Illuſtriſſima Academia Regia Scientiarum Berolinenſi*; reliquam fructificationem accurate delineavit *Cl.* Michelius experientia teſte. Microſcopicis namque obſervationibus ſatis patuit, bonum et accuratum obſervatorem in potioribus fuiſſe Michelium, cujus figuras fructificationum in botanophilorum gratiam et pro ſcopo noſtro quodammodo contractas, auctas, mutatas et emendatas in 6. tabulas conjecimus.

Digitized by Google

SPECIES.

I. AGARICUS; *volva exceptus, pileolo conico, in margine ſtriato, petiolo anulato, in baſin ſquamoſo-tuberoſam deſinente.*

Agaricus caulefcens, petiolo albo, ad baſin globoſo, pileo ſanguineo, verrucis et lamellis albis. Linn. Fl. Lappon. 515.

Amanita muſcaria, miniata. Dill. Cat. Giſſ. 181.

Fungus bulboſus, e volva erumpens, pileolo ſuperna parte aureo et ad oras ſtriato, inferne et anulato pediculo albis, radice bulboſa. Mich. N. Pl. G. 188. tab. 78. fig. 2.

Fungus lamellatus, varius, noxius et muſcarius vulgo dictus. Rupp. Flor. Ien. 301.

Fungi muſcas interficientis III. ſpecies aut varietas. C. B. Pin. 373. no. 19.

Germ. Ein Fliegen-Schwamm.
Ein rother Mücken-Schwamm.

In elatioribus, arenoſis et ſiccioribus ſylvis, paſcuis, ericetis, pratis, pinaſtretis cet. *Miſniae, Marchiae, Variſciae, Thuringiae* et inferioris *Luſatiae*, ubi cum lacte a ruricolis in muſcarum ſupplicium adhibetur.

Volva parva et fugax ſub macularum forma pileolo adhaeret, cujus prima figura ovata tempore florendi in conicam tranſit, quae poſtea ſaepius in campanulatam et tandem in planam et orbicularem mutatur.

Ampliſſima, craſſiſſima et globoſa petioli baſis ſquamis abruptis ſaepius diſtincta eſt, anulus autem minus perſiſtit.

Intenſior utplurimum pileoli color ſ. intenſius ruber plerumque, aureo-rufus vel dilutiſſime, luteus evadit, et lamellae cum petiolo candidae ſemper fuſcum aliquando colorem aut luteolum per aetatem induunt.

E centro pileoli hanc fungi ſpeciem proliferam nonnunquam deprehendi in ſaltu *Miſniae* magno, verſus fluvium *Muldam*, ad vicum *Trebſen* ducente, id quod in fungis capitatis rariſſime forte accidere ſolet.

Digitized by Google

VARIETAS.

a. *Agaricus*; volva exceptus, pileolo miniato, maculoſo, ovato-turbinato, et in margine ſtriato; petiolo anulato, in baſin tuberoſam deſinente.

Amanita muſcaria, turbinata, miniata. Dill. Cat. Giſſ. 181.

Germ. Ein Cinnober-rother weis gefleckter Fliegen-Schwamm, mit einem Kegel-foermigen gegen den Rand zu geſtrichelten Hüthgen, und einem unterwaerts knollichten Stiele.

Mera aetatis varietas locis praedictis facile obvia, quae capitata et lignea iſta lapillis referta crepundia ferme refert, quibus inter plebejos parvuli in *Saxonia* vulgo placantur.

b. *Agaricus*; volva exceptus, pileolo orbiculari, ruſo-aureo, margine tenuiſſime ſtriato, lamellis candidis, petiolo anulato, in baſin tuberoſam deſinente.

Fungus muſcas interficiens, ſine maculis. Buxb. Enum. Pl. 121.

Germ. Ein hoch-roth-gelber und platt-runder Fliegen-Schwamm, ſonder Flecken, und am Rande zart geſtreift, mit einem geringelten unterwaerts knollichten Stiele.

Inter *Betulas* et *Pinos* juniores denſe naſcentes in *Marchia* non infrequens.

c. *Agaricus*; volva exceptus, pileolo orbiculari, fuſco, maculato, in margine ſtriato, petiolo anulato, in baſin tuberoſam deſinente.

Fungus muſcas interficiens, fuſcus, maculis albis. Buxb. Enum. Pl. 121.

Germ. Ein brauner weis gefleckter Fliegen-Schwamm, mit einem platten und am Rande geſtrichelten Hüthgen, auf einem unterwaerts knollichten Stiele.

In ſylva *Marchica Circuli Lebuſienſis, der Lapenow,* inter priores rarius occurrit.

Digitized by Google

d. Agaricus; volva exceptus, ſordide albus, pileolo orbiculari, maculis lacteis diſtincto, et in margine ſtriato, petiolo anulato, in baſin tuberoſam deſinente.

Germ. Ein weiſſer Fliegen-Schwamm, deſſen platt-rundes und am Rande geſtreiftes Hüthgen mit vielen Milch-Flecken geſprenckelt iſt, auf einem geringelten unterwaerts knollichten Stiele.

In locis muſcoſis ſylvae jam dictae cum priori, *in denen Bauer-Bergen*, et in ſaltu vaſto intra pagos *Cloſterfelde* et *Groſſen Schoenbeck* rarius obviam ivit.

II. AGARICVS; *ampliſſima volva exceptus, pileolo orbiculari, in margine ſtriato, petiolo cylindraceo, anulo latiori cincto.*

Fungus eſculentus, e volva erumpens, totus candidus, pileo ad oras ſtriato, pediculo cylindrico, annulo ampliore cincto. Mich. N. Pl. G. 185.

Germ. Ein weiſſer Feld- und Wieſen-Schwamm, mit einem platt-runden und am Rande geſtreiften Hüthgen, auf einem runden Stiele, welcher mit einem ſehr groſſen und breiten Ringe verſehen iſt.

In terminis campeſtribus et ſylvarum paſcuis elatioribus *Marchiae*, nec non ipſis agris incultis *hinter Eiſenach* ſparſim collegi.

Fungus totus candidus eſt, nec non anulo ſatis amplo et volva ampliſſima ad baſin petioli gaudet, omnium facile maxima. Ad primam Agarici ſpeciem propius accedit.

a. Agaricus; ampliſſima volva exceptus, pileolo ſub-ruſo, orbiculari, in margine ſtriato; lamellis cum cylindraceo et anulato petiolo candidis.

Fungus pileolo deſuper ſaturate rubro et ad Laccae colorem accedente, ad oras ſtriato, inferne albo, pediculo palmari, cylindrico et anulato. Mich. N. Pl. G. 186.

Germ. Ein dunckel-rother Heyde-Schwamm, mit einem platt-runden und um den Rand geſtrichelten Hüthgen, welches unterwaerts zuſamt dem hohlen und geringelten Stiele weis iſt.

Septem-

Digitized by Google

Septembri et octobri in *Marchiae* paſcuis ſiccioribus, nec pinaſtretis *Viadrinis* et *Suartanis* agris non infrequens.

Paulo maturius naſcentem in *Thuringia*, et quidem ad *Ha* confinia in monte *Inſulano* et *Horſellae* collegi.

b. *Agaricus;* ampliſſima volva exceptus, aureus, pil hemiſphaerico, in margine ſtriato; petiolo anul craſſo, annulo latiſſimo cincto.

Amanita plana, orbiculata, aurea. Dill. Giſſ. 179.

Fungus planus, orbiculatus, aureus. C. B. 371. Tourn. Inſt. 557. Mich. N. Pl. G. 186. 77. fig. 1.

Fungi lutei, magni, dicti laſeran, ſpecioſi. I III. 831.

Fungus ovinus. Sterb. Theatr. Fung. 64. tab. 4. D. E. F.

Fungus caeſareus.

Germ. Ein gold-gelber Schwamm, mit ein platt-runden und am Rande geſtreiften Hüthg deſſen ſtarcker Stiel mit einem ſehr breiten Ri verſehen iſt.

Eyer-Schwamm.

Fungus eſculentus eſt, qui ſub autumni initium in ericetis, naſtretis aliisque ſiccioribus locis inferioris *Luſatiae*, *Marchia* adjacentis *Poloniae* ſparſim obſervatur.

c. *Agaricus;* ampliſſima volva exceptus, pileolo pla ſpadiceo, verrucoſo, in margine ſtriato, lam candidis; petiolo anulato et fiſtuloſo; radice tu roſa.

Agaricus cauleſcens, petiolo ad baſin craſſ culo, pileo convexo, cinereo, verrucis et lam albis. Linn. Fl. Lappon. 512. forte?

Fungus bulboſus, eſculentus, e volva erump pileolo deſuper ſpadiceo, et ad oras ſtriato, ſerne albo, pediculo anulato, concolore, imam tem verſus craſſeſcente, radice bulboſa. Mich Pl. G. 189.

Digitized by Google

Fungus pileo plano, ad oras ſtriato, ſordido, verrucoſo, ſubtus albus, annulatus. Hall. Enum. Helv. 43.

Fungus ochroleucus, maculatus, pediculo intra terram globoſo. Buxb. Enum. Pl. 43.

Fungus fuſcus, pediculo bulboſo, capitulo albis puſtulis notato. Buxb. Cent. V. tab. 48. fig. 1.

Germ. Ein brauner, blaſs-gelber oder Roſen-farbener Heyde-Schwamm, mit einem platt-runden und mit weiſſen Flecken geſprenckelten Hüthgen, auf einem hohlen geringelten Stiele und einer knollichten Wurzel.

In *Marchiae* et *Luſatiae* inferioris pinaſtretis et ſiccioribus paſcuis variis frequens circa *Viadrum* et *Sprevam*, nec non in *Tractu Havellano*, ibi toto ferme autumno ad brumam usque etiam in foliis *Abietis*, *Pini*, vel *Iuniperi* dejectis aut ipſa arena oritur.

Circa *Thermas Carolinas* et oppidum *Ioachimsthal* in altiſſimis et muſcoſis *Bohemiae* ſylvis etiam habitat.

Fungi baſis eſt tuber candidum, in quo volva ampliſſima haeret, quae ſuccedanea ejusdem evolutione ſoluta pileolo ſaepius nonnihil viſcido ſub macularum ſpecie adhaeret; annulus autem amplior in petiolo perſiſtit.

Color pileoli quidem variat, ſed maculae perſiſtunt. Anulus cum magno petioli tubere ſignum hujus varietatis conſtituunt optimum.

Petiolus longitudine varians lateralis aliquando evadit.

III. AGARICUS; *volva minore exceptus, pileolo orbiculari integerrimo, petiolo anulato, radice tuberoſa.*

Fungus magnus, totus albus, eſculentus, e volva erumpens, pediculo praealto, radice bulboſa. Mich. N. Pl. G. 187. no. 2. forte?

Germ. Ein weiſſer Wieſen-Schwamm, mit einem platt-runden glatten Hüthgen und einer knollichten Wurzel.

Per *Miſniam*, *Thuringiam* et *Marchiam* in paſcuis et arvis elatioribus autumno viget poſt pluvias.

Digitized by Google

Fungi color eſt niveus, et volva fugax et parva, quae lacera fungo interdum variis locis adhaeret.

a. *Agaricus;* volva exceptus, candidus, pileolo orbiculari integerrimo, petiolo anulato, tuberoſo, craſſiſſimo.

Fungus eſculentus, albus, totus bulboſus, e volva erumpens, pediculo anulato, Michel. N. Pl. G. 182.

Germ. Ein ganz weiſſer Wieſen-Schwamm, mit einem platt-runden glatten Hüthlein, und einem geringelten knollichten ſehr ſtarcken Stiele.

In ſulcis arvenſibus aratro factis et terminis pratorum campeſtribus.

b. *Agaricus;* volva exceptus, pileolo pulvinato, griſeo, lamellis candidis; petiolo anulato inferius craſſo; radice tuberoſa.

Fungus e volva erumpens, pileolo deſuper griſeo, inferne albo, pediculo pariter albo, anulato, imam partem verſus craſſeſcente; radice bulboſa. Mich. N. Pl. G. 187. tab. 78. fig. 1.

Germ. Ein grauer Heyde-Schwamm, nebſt einem unterwaerts weiſſen und ausgepolſterten Hüthgen, auf einem etwas ſtarcken Stiele und einer knollichten Wurzel.

Cum prioribus in *Marchiae* et *Luſatiae* montoſis et pinaſtretis.

Volvae fragmenta pileolum maculatum aliquando reddunt, quod in ſubſequentibus et aliis non raro obſervatur.

c. *Agaricus;* volva exceptus, pileolo orbiculari, rufo-aureo, lamellis albis, petiolo anulato concolore; radice tuberoſa.

Fungus magnus, e volva erumpens, pileolo ſuperne e rubro aureo, inferne albo, pediculo anulato, concolore, radice bulboſa. Michel. N. Pl. G. 187.

Germ. Ein roth-gelber groſſer Schwamm, mit einer knollichten Wurzel, und einem faſt platt-runden Hüthgen, unterwaerts zuſamt dem geringelten Stiele ganz weis.

Tempore et locis praedictis cum prioribus facile occurrit; in agro *Nordhuſano* ſparſim obſervavi.

d. Agaricus; volva exceptus, pileolo orbiculari, ſub-obſcuro; lamellis cum anulato et praealto petiolo candidis, radice tuberoſa.

Fungus e volva erumpens, pileolo deſuper obſcuro, inferne albo, pediculo longo, anulato, concolore; radice bulboſa. Mich. N. Pl. G. 188.

Germ. Ein dunckel-brauner Feld-Schwamm, mit einem faſt platt-runden Hüthgen, unterwaerts zuſamt dem ſehr hohen und geringelten Stiele weis, nebſt einer knollichten Wurzel.

In campeſtribus gramineis et paſcuis ſylvaticis *Circuli Lebuſienſis* circa *Betulas* et *Quercus* ſparſim.

e. Agaricus; volva exceptus, pileolo orbiculari, purpureo, lamellis cum anulato et praealto petiolo candidis; radice tuberoſa.

Fungus eſculentus, e volva erumpens, pileolo ex obſcuro purpuraſcente, inferne albo, pediculo nunc albo, nunc ſub-purpureo, anulato, radice bulboſa. Mich. N. Pl. G. 188.

Germ. Ein Purpur-farbener Feld- und Wieſen-Schwamm, mit einer knollichten Wurzel, und einem platt-runden Hüthgen, welches nebſt dem ſehr hohen und geringelten Stiele weis iſt.

Majo et junio in ſylvulis campeſtribus et paſcuis circa pagos *Trebniz*, *Dietersdorf* et *Iohannisfelde* aliisque in *Marchia Electorali* viget.

In *Thuringia* junio menſe, in ſylvis poſt pagum *Lothersleben*, circa vicum *Nebra* et arcem *Wendelſtein*, variisque locis agri *Gothani* circa *Walthershauſen* et *Reinhardsbrunnen* cet. obviam ivit.

f. Agaricus; volva exceptus, pileolo orbiculari, luteo-virente, lamellis cum craſſo et anulato petiolo flavis.

Germ. Ein gelb-grüner Heyde-Schwamm, deſſen platt-rundes Hüthgen unterwaerts zuſamt dem ſehr ſtarcken und geringelten Stiele ganz gelb iſt.

In

Digitized by Google

In *Marchiae Electoralis* ſaltubus variis, circa pagum *Hermersdörf, Groſſen Schoenbeck, Gollin, Görne* et *Rudow* ſparſim collegi.

IV. AGARICVS; *volva exceptus, pileolo campanulato, ſtriato, vertice laevi, petiolo anulato, cylindraceo, fiſtuloſo, in baſin roſtratam deſinente.*

Fungus, qui volvam vix egreſſus in atramentum reſolvitur, pileolo campanulato, plumbeo, vertice laevi, reliqua parte ſtriato, pediculo cylindrico, albo, fiſtuloſo, radice roſtrata. Mich. N. Pl. G. 189. tab. 80. fig. 5.

Germ: Ein Bley-farbener Miſt-Schwamm, deſſen Glocken-foermiges und geſtreiftes Hüthgen mit einem glatten Wirbel und runden, hohlen, weiſſen, geringelten Stiele verſehen iſt, der ſich unterwaerts in eine Schnabel-foermige Spizze endiget.

Fugaciſſimae naturae fungus in coemeteriis, hortis, fimetis, ambulacris aliisque ſuburbanis, gramineis et noviſſime ſtercoratis locis poſt pluvias toto ferme autumno creſcens, faſciculatim quidem naſci amat, ſolitarius tamen eſt, floreſcentias ſuas celerius explicat, et brevi poſt in nigerrimum liquamen reſolvitur.

Pileolus candidus vel candido-cinereus, primo ovatus aut oblongus, in floreſcentiae ſtatu perfecte conicus et campanulatus evadit, cujus tota ſuperficies ſquamis inaequalibus fuſcis ſcabra et filamentoſa apparet. Vertex autem pileoli ſpadiceus, maculoſus et glaber a cuticula radiatim dehiſcente et multifida haud raro ſtellae radiantis figuram retinet.

Lamellae (duabus membranis compoſitae) ampliſſimae, copioſae et in ſtatu perfectionis nigerrimae linea marginali terminantur candido-cinerea, omnesque ferme in annulum quendam pileoli centralem deſinunt, cui implantatur petiolus, pariter candidum atque denticulatum. Lamellae cum ipſo pileolo magna ex parte in foetidum et nigerrimum liquamen reſolutae guttatim defluunt, margo autem laminarum, (cui *vera ſtamina infixa ſunt,*) colorem cinereum cum nigro non commutat, niſi brevi ante deliquium ipſum.

Atramentoſum iſtud liquamen in uſum forte pictorium facile praeparandum, nigro colore varii generis corpora tingit, et in ipſo ligno maculas relinquit non facile extergendas. Nigredo ipſa atramentoſa tam in ipſis lamellis quam in ſucco confluente obvia,

Digitized by Google

ante fungi floreſcentias minime exiſtit, ſed ab immenſa ſeminum minutiſſimorum copia pendet, quae ſemina, cum in aëre libero facile ſicceſcant et pereant, viſcido illo liquamini penitus immerſa eſſe debent, cujus beneficio ſtatim diſſeminata terrae agglutinantur.

Petiolus cylindricus, candidus, fiſtuloſus, anulatus et craſſus, (ſuperius tamen tenuior,) 3. quatuorve transverſorum digitorum altitudine excreſcens, ad longitudinem ſatis proceram aliquando et ferme pedalem accedit, inferius autem ſolidiore et oblongo tubere terminatur, quod in acumen deſinit roſtratum et oblique extenſum, fibris capillaribus paucis terrae infixum.

Baſis iſta tuberoſa et ſolida, oblique roſtrata cum ipſo petiolo ejusque annulo anguſtiore ſubitaneam reſolutionem et omnem deliqueſcentiam in ipſo pileolo atque lamellis obſervandam prorſus eludit, et exſiccata poſt fungi defluvium diutius perſiſtit.

Duplicem, triplicem aut quadruplicem et longius extenſam obſervavi productionem illam roſtratam, et tuberis faciem plane peregrinam, quod ſcilicet formam radicis palmatae in *Orchidibus* obviam haud incongrue referebat.

In multis fungis lamellatis pollen ſeminale ſiccum diſpergitur, in aliis quibusdam fugacioribus ſemina cum ipſis lamellis colliqueſcunt, et guttatim defluunt, quae ob ſolum ſeminum defluxum aliud genus jure non ingrediuntur, id quod ſimili ratione in ſpeciebus quibusdam *Phalli* et *Lycoperdi* etiam valet.

a. *Agaricus*; fugax, volva exceptus, pileolo campanulato, ſtriato et plumbeo, in vertice griſeo-rufo et glabro; lamellis cum cylindrico, anulato et fiſtuloſo petiolo candido-griſeis.

Germ. Ein Bley-farbener Miſt-Schwamm, deſſen Glocken-foermiges geſtreiftes Hüthgen mit einem grau-rothen und glatten Wirbel verſehen iſt, unterwaerts zuſamt dem geringelten Stiele weisgrau.

In locis et corporibus jam dictis cum ſpecie ſua facile obſervatur, cujus fata quoque poſt celeriorem corporis ſui evolutionem ſtatim ſubit.

V. AGARICVS; *volva magna et perſiſtente exceptus, pileolo hemiſphaerico, lamellis compactis, denticulatis; petiolo anulato et craſſo.*

Digitized by Google

Fungus

Fungus eſculentus, magnus, e volva erumpens, totus albus, graviter odoratus, lamellis crebris et creberrime denticulatis, pediculo obeſo; anulato. Mich. N. Pl. G. 184.

Germ. Ein ganz weiſſer Heyde-Schwamm, mit einem halb-kugel-runden Hüthgen, ſehr dicht geſezten und ausgezackten Saamen-Häutgen, und einem ſtarcken geringelten Stiele.

In paſcuis ſiccioribus, ericetis et pinaſtretis *Marchicis* et *Transviadrinis*, praeſertim in foveis muſcoſis et foliis dejectis aliquando frequens, odore gravi ſe ab aliis ſui generis facile diſtinguit.

a. *Agaricus;* volva magna et perſiſtente exceptus, pileolo obtuſe faſtigiato, obſcure viridi, lamellis ſub-fulvis, petiolo cylindraceo, anulato, praealto, griſeo.

Germ. Ein grüner Heyde-Schwamm, deſſen ſtumpf zugeſpiztes Hüthgen unterwaerts dunckelgelb iſt, mit einem ſehr hohen, runden, grauen, geringelten Stiele.

In ſaltubus *Marchicis* variis, ſpec. *im Küchen-Holze zu Böyzenburg, und im Biſter-Felde*, nec non juxta canalem *die Füno, und in der Heyde bey Coepenick* ſparſim, in muſco ad exciſarum arborum foveas.

b. *Agaricus;* volva magna et perſiſtente exceptus, pileolo hemiſphaerico glabro, ſordide purpureo; petiolo cylindrico anulato.

Fungus e volva erumpens, totus purpureo-carneus, pediculo cylindrico, anulato. Mich. N. Pl. G. 185.

Germ. Ein ganz rother Heyde-Schwamm, mit einem halb-kugel-runden glatten Hüthlein, und einem geringelten Stiele.

Sub *Betulis* et *Pinubus* junioribus, denſe fruticantibus, per *Marchiam* non infrequens. In agro *Ienenſi* circa *Rudersdorff* et *Bollwerck*, et in ericetis circa oppidum *Salſungen in Franconia* etiam collegi.

c. *Agaricus;* volva magna et perſiſtente exceptus, parvus, pileolo hemiſphaerico, griſeo, lamellis cum fiſtuloſo et anulato petiolo candidis.

Fungus

Digitized by Google

Fungus parvus, e volva erumpens, pileolo deſuper dilute griſeo, inferne cum fiſtuloſo ac anulato pediculo albo. Mich. N. Pl. G. 185. tab. 76. fig. 3.

Germ. Ein kleiner Licht-grauer Feld-Schwamm, deſſen halb-rundes Hüthgen unterwaerts zuſamt dem hohlen und geringelten Stiele weis iſt.

Poſt pluvias autumno in gramineis et pratenſibus ad vias publicas ſaepius occurrit.

VI. AGARICUS; *volva perſiſtente exceptus, pileolo fornicato, petiolo cylindrico.*

Fungus eſculentus, e volva erumpens, pileolo fornicato, ſuperna parte luteo, inferne albo; pediculo cylindrico, pariter albo. Mich. N. Pl. G. 182.

Germ. Ein gelber Wieſen-Schwamm, mit einem glatten gewoelbten Hüthgen, welches unterwaerts nebſt ſeinem runden Stiele weis iſt.

Septembri in paſcuis et pratis circa *Lipſiam*, ſed minus frequens; nec non circa vicum *Lebus* ad *Viadrum* et pagos *Reitwen*, *Sieversdorff*, *Poſen* cet. in campeſtribus.

a. Agaricus; volva perſiſtente exceptus, pileolo fornicato, griſeo, in centro fuſco; petiolo tenui, cylindraceo et ſquamoſo.

Fungus griſeus, e volva erumpens, pileolo fornicato, centro fuſco, pediculo cylindrico, tenuiore, in ſuperficie lacero et ſquamoſo. Mich. N. Pl. G. 182.

Germ. Ein grauer Heyde-Schwamm, mit einem platten gewoelbten Hüthgen und dunckelbraunen Wirbel, auf einem dünnen, runden und ſchuppigten Stiele.

Sub autumni initium, in ſylvis proximis ad arcem *Beichlingen, und um die Rittersburg, bey Weimar,* in *Thuringia* habitat.

In Marchiae pinaſtretis circa *Berolinum, Münchebergam, Landsbergam* et alibi ſparſim obſervatur.

b. Aga-

b. *Agaricus;* parvus, volva perſiſtente exceptus, pileolo fornicato, ſericeo et candido, lamellis rufeſcentibus; petiolo fiſtuloſo, cylindraceo, albo.

Fungus parvus e volva erumpens, pileolo fornicato, albo et ſericeo, lamellis carneis, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, ſupernae pileoli parti concolore. Mich. N. Pl. G. 182.

Germ. Ein kleiner weiſſer Seiden-hafter unterwaerts roethlicher Schwamm, mit einem gewoelbten Hüthgen, und runden hohlen und weiſſen Stiele.

In ſiccioribus et tenui gramine veſtitis locis, paſcuis et collibus *Miſniae*, *Marchiae* et *Thuringiae* vulgaris.

c. *Agaricus;* volva perſiſtente exceptus, pileolo faſtigiato, griſeo, lamellis rufeſcentibus, petiolo cylindraceo, albo.

Fungus e volva erumpens, pileolo leviter faſtigiato, deſuper murini coloris, inferne ex albo rufeſcentis, pediculo albo, cylindrico. Mich. N. Pl. G. 183.

Germ. Ein grauer und unterwaerts roethlicher Schwamm, mit einem zugeſpizten Hüthgen, und einem weiſſen Stiele.

Cum priori in *Miſnia* et *Marchia* ſeptembri obviam ſaepius ivit; in *Thuringia* aliquando maximam ejus copiam vidi in planitie ad pagum *Burg-Wenden, über Coelleda*, et in paſcuis montis, *die Munter-Burg.*

d. *Agaricus;* volva perſiſtente exceptus, pileolo rotundo, ſpadiceo, ſquamoſo, lamellis candidis, petiolo cylindraceo, ſub-obſcuro.

Fungus parvus e volva erumpens, pileolo deſuper ex obſcuro nigricante, cute lacera ac veluti ſquamoſa, inferne albo, pediculo cylindrico, ſupernae pileoli parti concolore. Mich. N. Pl. G. 182.

Germ. Ein kleiner dunckel-brauner Wieſen-Schwamm, mit einem runden oberwaerts ſchuppigten Hüthgen, unterwaerts weis, mit einem dunckelbraunen Stiele.

Septem-

Digitized by Google

Septembri cum prioribus in paſcuis pratenſibus viadrinis habitat infra pagum *Reitwen*, *Gorgas*, et circa arcem *Cüſtrin*.

VII. AGARICUS; *volva exceptus, pileolo integerrimo, plano; petiolo anulato, in baſi tumido.*

Fungus totus candidus, parvus, e volva erumpens, pediculo anulato, radicem verſus ſenſim et leviter craſſeſcente. Mich. N. Pl. G. 186. tab. 80. fig. 4.

Germ. Ein kleiner weiſſer Heyde-Schwamm, mit einem platt-runden Hüthgen, und einem geringelten nach unten zu etwas ſtarcken Stiele.

Autumno hinc inde in pinaſtreto *Münchebergenſi* aliisque locis *Circuli Lebuſienſis* in *Marchia*.

Circa pagos *Böllwerck* et *Schleſreiſen* in agro Ienenſi, et ipſis pinetis *Ruthenico-Geranis* aliisque *Variſciae* facile occurrit.

In hac fungi ſpecie volva aeque ac in praecedenti perſiſtit, ſed multo minor, lacera, et in portiunculas reſoluta pileolo aliquando inhaeret.

Color in fungo niveus obſervatur.

a. *Agaricus;* volva exceptus, pileolo integerrimo, plano, glabro et ſub-obſcuro; lamellis cum craſſo petiolo candidis, radice tuberoſa.

Fungus e volva erumpens, pileolo ſuperna parte ſub-obſcuro, inferne albo, pediculo non anulato, pyramidato, pariter albo, radice bulboſa. Mich. N. Pl. G. 186.

Germ. Ein dunckel-brauner Heyde-Schwamm, deſſen platt-rundes Hüthgen unterwaerts zuſamt dem ſehr ſtarcken Stiele weis iſt, mit einer knollichten Wurzel.

Cum priore in *Marchia* occurrit, ſpec. in querceto ad praedium Ordinis S. Iohannis, *Liezen*, et pagum *Marcusdorff* ſub *Iunipero* et *Quercu*.

Ad *Betularum* radices in *Thuringia* obſervavi *hinter der Bircken-Schaeferey*, in via, qua itur ad pagum *Schmohne* et arcem *Wendelſtein*.

VIII.

VIII. AGARICVS; *volva exceptus, pileolo hemiſphaerico, integerrimo; petiolo gracili, praealto, fiſtuloſo.*

Fungus pileolo hemiſphaerico, fulvo-ferrugineo, lamellis et fiſtuloſo ac tenuiore pediculo griſeis, Mich. N. Pl. G. 189. tab. 81. fig. 3.

Germ. Ein kleiner gelb-brauner Wieſen-Schwamm, deſſen halb-kugel-rundes Hüthgen unterwaerts zuſamt dem hohlen, dünnen und ſehr hohen Stiele ganz grau iſt.

In ſuburbanis *Lipſienſium* ſylvis earumque pratenſibus locis potiſſimum, vere et autumno, ad arborum radices poſt pluvias erumpit.

In *Marchiae Vckeranae* fagetis ad arcem *Böyzenburg*, et tractu *Havellano-Rinowienſi* et *Friſacenſi*, ſpec. ſylva *der Zozen*, *die Korn-Horſt*, *und die Heyde hinter Stechow*, nonnunquam frequens.

In agro *Gothano*, *Querfurthano* et *Nordhuſano* circa alneta, tempore pluvioſo, et ſub initium ſeptembris facile occurrit fungus, cujus color ſuperne aliquando griſeus, fulvus aut fuſcus eſt, in lamellis autem ſpadiceus.

Volva fugax in anuli ſpeciem ſaepius reſoluta brevi perit; petiolus anulo proprie ſic dicto non gaudet.

IX. AGARICVS; *pileolo hemiſphaerico, integerrimo, lamellis ampliſſimis, laxe diſpoſitis; petiolo nudo et cavo.*

Fungus ſiccior, pulvinatus, rufus, lamellis rarioribus. Hall. Enum. Helv. 49.

Germ. Ein rother Heyde-Schwamm, mit einem halb-kugel-runden Hüthgen, einem hohlen Stiele und weit aus einander geſezten Saamen-Häutgen.

Quid vulgatius in arenoſis *Circuli Lebuſienſis* ſylvis aliisque per totam ferme *Marchiam* toto autumno, et quidem ad foveas exciſarum arborum?

a. Agaricus; pileolo pulvinato, maculato, ſquamoſo, luteo-fuſco et in vertice cavo; lamellis ampliſſimis, carneis, laxe diſpoſitis, petiolo cavo, filamentis lacero.

Germ. Ein gelb-brauner Heyde-Schwamm, mit einem ausgepolſterten, fleckigten, geſchuppten und

Digitized by Google

und auf dem Wirbel ausgehoehlten Hüthlein, groſſen Fleiſch-farbenen aus einander ſtehenden Saamen-Haeutgen, und einem hohlen dunckel-braunen faſerichten Stiele.

Cum praecedenti in emortuo et aggeſto ſylvarum cespite circa pagos *Trebnitz*, *Wulkow* cet. nonnunquam offendi.

b. *Agaricus;* parvus, pileolo varie contorto et ſquamoſo, carneo-flaveſcente, lamellis ampliſſimis carneo-ſpadiceis, laxe diſpoſitis; petiolo longiore filamentoſo.

Germ. Ein kleiner roth-gelber faltigter und geſchuppter Heyde-Schwamm, mit ſehr breiten aus einander ſtehenden roth-braunen Saamen-Häutgen, auf einem langen faſerichten Stiele.

In arenoſis et pinaſtretis *Marchiae* cum priori.

c. *Agaricus;* parvus, pileolo hemiſphaerico, carneo-fulveſcente, vertice ſub-fuſco, lamellis amplis carneis, laxe diſpoſitis; petiolo brevi, fiſtuloſo et concolore.

Germ. Ein kleiner Heyde-Schwamm, deſſen halb-kugel-rundes und roth-gelbes Hüthgen einen dunckel-braunen Wirbel hat, mit breiten aus einander ſtehenden Saamen-Häutgen, und einem hohlen kurzen Stiele.

Sero autumno inter *Ericam* locis praedictis.

d. *Agaricus;* pileolo orbiculari, ad oras fornicato, fulveſcente, vertice cavo, lamellis amplis, carneis, laxioribus; petiolo compreſſo, ſtriato, rubente.

Germ. Ein gelber Heyde-Schwamm, mit einem platt-runden am Rande hin etwas gewoelbten Hüthgen, hohlen Wirbel, breiten Fleiſch-farbenen aus einander ſtehenden Saamen-Häutgen, und einem platten roethlichen geſtreifften Stiele.

Septembri et octobri in muſco ad arborum foveas et truncos emortuos praecedentium comes facile exiſtit.

e. *Agaricus;* pileolo orbiculari, dilute fuſco, vertice ſaturatiore, in margine ſtriato, lamellis ſub-luteis laxis; petiolo concolore.

Germ.

Digitized by Google

Germ. Ein hell-brauner Heyde-Schwamm, mit einem etwas duncklern Wirbel, platt-runden und am Rande hin geſtreifften Hüthgen, und dunckel-gelben von einander ſtehenden Saamen-Häutgen, auf einem gleich-faerbigen Stiele.

Cum prioribus toto ferme autumno et ipſa ſaepius bruma circa arborum radices in *Muſco* vivit.

f. Agaricus; pileolo orbiculari, ſquamoſo, dilute ſpadiceo, vertice papillato nigricante, lamellis laxis, luteo-ſpadiceis; petiolo longiſſimo, e candido, fulvo et ſubfuſco variegato.

Germ. Ein hell-brauner ſchuppichter Heyde-Schwamm, mit einem Warzen-foermigen ſchwärzlichten Wirbel, gelb-braunen von einander ſtehenden Saamen-Häutgen, und einem aus weis, dunckel-gelb und dunckel-braun variirten ſehr langen Stiele.

Novembri in dejectis et putridis *Pini* ramentis non infrequens, in *Marchia.*

Hujus ſpeciei dubio procul ſunt *Fungi* 53. 54. 55. in Haller. *Enum. Helvet.*

X. AGARICVS; *pileolo pulvinato, integerrimo; et in centro profundius depreſſo, lamellis connexis, anguſtis et compactis; petiolo continuo, cylindrico et craſſo.*

Amanita piperata, alba, lacteo ſucco turgens. Dill. Cat. Giſſ. 179.

Fungus piperis ſapore, lacteo liquore. Cord. Dioſcorid. p. 68.

Fungus albus acris. C. B. Pin. 371.

Fungus piperatus, albus, craſſus, lacteo ſucco turgens. Tourn. Inſt. 558. I. B. Hiſt. III. 823.

Germ. Ein weiſſer Pfeffer-Schwamm, welcher ſehr viel Milch von ſich giebet.

Der rechte wahre Kayſer-Schwamm.

Fungus totus candidus lacteſcens linguam valde urit.

Petiolus longitudine et craſſitie variat.

Digitized by Google

Pileolus magnitudine ſatis conſpicuus margine gaudet fornicato, villis pubeſcente, et per aetatem non modo inaequalis redditur, verum etiam candidum colorem cum ruſeſcente aut flaveſcente facile commutat. Lamellae anguſtae in fungis hujus ſpeciei a nobis quidem obſervatis non omnibus ſimplices tantum erant, ſed in quibusdam partim ſimplices, partim diviſae, vel inter ſe magis aut minus conjunctae. In aliis vero patuit, lamellas a principio ſuo ſtatim crebrius diviſas, ramoſas et ſubdiviſionibus iſtis inaequali dimenſione terve quaterve repetitis venarum in modum inter ſe eſſe connexas. In pluribus etiam obſervavimus, omnem ferme lamellam duplici, triplici aut quadruplici ſubdiviſione marginem verſus excurrentem, in apicibus ſingulis bifurcatam exiſtere, interjectis tamen ſimplicioribus et breviſſimis aliis lamellulis, tanquam marginalibus fulcris.

Carnes hujus fungi ſolidiores acerrimum et ferventiſſimum edunt ſaporem, faucibus et linguae diutius inhaerentem, qui *Perſicariam* illam *acrem* vulgo dictam facile ſuperat, et ſalivam vehementer movet. Laeſa iſta acerrima fungi ſubſtantia lactis pinguioris copiam plorat ſub-adſtringentem et omnis acredinis expertem. Sola vero ſubſtantia, praeſertim corticalis illa carnoſa et durior, e qua jam lac defluxit, linguam et fauces urit, minime vero interior caro, quae longe mitior vel plane non acris eſſe videtur, aut ipſum lac, quod adſtrictoriam indolem ſine ulla ſenſibili acredine prodit. Reliquam tam petioli quam pileoli mediam ſubſtantiam tunc temporis loco lactis ſucco aquoſo minus colorato turgidam vidimus.

Septembri et octobri menſibus in pratis, paſcuis, ſylvis, pinetis cet. *Thuringiae, Marchiae* et *Miſniae* obſervatur.

a. *Agaricus;* candidus, lacteſcens, parvus, pileolo hemiſphaerico, umbilicato; lamellis peranguſtis et compactis.

Fungus umbilicoſus, lacteſcens. Sterb. Theatr. Fung. 116.

Fungus piperatus, albus, parvus, lacteſcens, pileolo plano umbilicato, ſubtus lamellis denſiſſimis, peranguſtis. Mich. N. Pl. G. 141.

Germ. Ein kleiner weiſſer Pfeffer-Schwamm, mit einem halb-kugel-runden und Nabel-foermigen Hüthgen, und ſchmahlen ſehr dichte zuſammen gezogenen Saamen-Häutgen.

Digitized by Google

Sub autumni initium in pluribus *Marchiae* ſylvis, paſcuis et pratis tenui gramine veſtitis ſparſim occurrit.

Dantur fungi lamellati acres et piperati, qui lacteo ſucco carent, non tamen ſpecie diverſi nobis videntur, ut figura, habitus et reliqua conditio evidenter demonſtrat. Vnde ſequentes ad ſpeciem 12. pertinent omnes ac ſinguli.

b. Agaricus; albus, acris, pileolo turbinato, centro depreſſo, lamellis anguſtis, undulatis, ramoſis et ſaepius conjunctis.

Fungus non veſcus. V. Loeſel. p. 89.

Fungus infundibuli forma, maximus, albus. Buxb. Cent. Pl. IV. T. I. p. 1.

Germ. Ein groſſer weiſſer gifftiger Pfeffer-Schwamm, ohne Milch-Safft, mit ſchmahlen, krauſen, aeſtigen und oeffters zuſammen hangenden Saamen-Häutgen.

Cum prima ſpecie in agro *Berolinenſi* ſeptembri obviam ivit in locis ſylvarum declivioribus, (ſpec. *in der Coepenicker Heyde, um den Eichel-Kamp,*) cujus faciem et molem optime refert, lacte autem penitus caret. Subſequentem varietatem cum ſpecie 12. conjungit.

Fungus totus candidus per aetatem flaveſcit, aut rufeſcit, et lamellae luteum colorem induunt.

c. Agaricus; albus, acris, pileolo turbinato, anguloſo, in centro depreſſo et in margine ſtriato; lamellis ramoſis, undulatis, ſaepius conjunctis.

Fungus eſculentus, acris, albus, pileolo turbinato, ad oras angulato et ſubtus repando. Michel. N. Pl. G. p. 143.

Fungus albus, pernicioſus, inſtar fungi lutei chanterelle dicti ſe contorquens. Buxb. Cent. Pl. IV. p. 21. t. 32.

Auricula leporis alba. Sterb. Th. Fung. 119. B. tab. 15. B. B.

Germ. Ein weiſſer Pfifferling oder Pfeffer-Schwamm, ſonder Milch-Safft, mit krauſen aeſtigen und oeffters zuſammen hangenden Saamen-Häutgen.

Digitized by Google

Auguſto et ſeptembri poſt pluvias in *Marchiae*, *Miſniae*, *Thuringiae* et plurium forte *Germaniae* regionum paſcuis, ericetis, pinaſtretis et elatioribus ſylvis cum ſubſequentibus oritur.

Fungus figura ad proxime priorem valde accedit, et non lacteſcit, acris tamen eſt. Pileolus initio planus et in centro depreſſus, figuram ſuam deponit, illamque ferme totam induit, quam *Fungus anguloſus et velut in laciniis ſectus C. B. Pin.* 558. prae ſe ferre ſolet. Lamellae quoque ſimili ratione in hoc fungo criſpae, ramoſae, diviſae et inter ſe connexae ſunt, ac in illo Bauhiniano, ſed laminae iſtae florales longe teneriores et minus craſſae aut venoſae in hac varietate noſtra *c.* eandem cum praecedenti *b.* tanquam naturali et proxima conjungunt. Patet quoque ex accuratiori lamellarum iſtarum inſpectione et comparatione, fungum jam nominatum Bauhinianum ex *Agaricorum* familia eſſe.

d. Agaricus; acris, pileolo (variorum colorum,) pulvinato, in centro depreſſo, et in margine rugoſo et ſtriato; lamellis rarioribus, craſſis, diviſis, ſaepius conjunctis, cum brevi petiolo candidis.

Fungus piperatus non lacteſcens. Vaill. Bot. Pariſ. p. 62. no. 11.

Fungus viridis, capitulo umbilicato. Buxb. Cent. Pl. V. T. 47. fig. 2.

Fungus piperatus, non lacteſcens, coloris braſilici. Vaill. Bot. Pariſ. p. 63.

Fungus umbilicoſus, ruber. Sterb. Th. Fung. p. 216. no. 66. T. 22. F.

Fungus magnus albus, pileolo lato, prona parte dilute coeruleo. Vaill. Bot. Pariſ. p. 67. no. 47.

Germ. Ein kleinerer Pfeffer-Schwamm, mit einem gepolſterten, auf dem Wirbel vertieften, und am Rande gekrauſten und geſtreiften Hüthgen, (von vielerley Farbe,) mit wenigern, ſtaerckern, aeſtigen und oefſters zuſammen hangenden Saamen-Häutgen, welche nebſt dem kurzen Stiele allezeit weis ſind.

Vulgatiſſima haec varietas toto autumno in *Marchia* occurrit, praeſertim in pinaſtretis, cujus lamellae cum reliqua pileoli conditione clare demonſtrant, hanc varietatem omnino hujus loci eſſe.

Digitized by Google

eſſe. Pileoli figura et lamellarum et petioli conſtans obſervatur, ut et color candidus in petiolo atque lamellis. Variat vero color albus, ruber, variegatus, roſeus, ruſo-ſpadiceus, cinereus, viridis, coeruleſcens et aureus in pileolo. Datur alia varietas aurantii coloris, cujus lamellae fulveſcunt.

XI. AGARICVS; *pileolo hemiſphaerico, in centro depreſſo, et in margine fornicato; petiolo brevi et craſſo.*

Amanita lateritii coloris, croceo ſucco turgens. Dill. Cat. Giſſ. 179.

Fungus eſculentus, lateritio colore immutabili, ſuccum acrem et croceum fundens, pediculo breviori. Mich. N. Pl. G. 141.

Germ. Ein Reitzker. Rietzſche.
Ein eſsbarer Reitzker.

In *Marchiae* utriusque et *inferioris Luſatiae* ericetis autumno vegetat notiſſimus fungus, cujus maxima copia a plebeculis collecta culinas ingreditur.

Naſcentem quoque vidi in ſylvis *Variſciae* potioribus, circa *Reichenbach, Gera, Neuſtadt*, cet. nec non in *Thuringia*, circa *Ienam, und hinter Eiſenach, im Thüringer Walde.*

Lateritius aut miniatus pileoli in fungo color modo dilutior modo ſaturatior ludit, et brevis petiolus non raro intra terram occultatur. Hujus loci videtur *Fungus* a *Sterb. Th. p. 71. no. 41. C. Tab. 6.* deſcriptus ſub nomine *Fungi coccinei villoſi.*

Succus croceus in ipſis ſauciatis lamellis reperitur, quae multo ſaturatiores ſunt, quam reliqua pileoli ſubſtantia. Pileoli centrum in tota hujus ſpeciei varietate nonnihil depreſſum, aut cavum eſt.

a. Agaricus; pileolo hemiſphaerico, lateritii coloris dilutioris, margine fornicato, lanuginoſo; lamellis cum longiore petiolo candidis.

Fungus pernicioſus, lateritio colore varians, ſuccum acrem et croceum fundens, pediculo breviore. Mich. N. Pl. G. 141.

Germ. Ein Reitzker, mit einem runden helle-Ziegel-farbenen und gegen den Rand zu wollichten

Digitized by Google

und gewoelbten Hüthgen, unterwaerts zuſamt dem hohen Stiele weis.

Ein Bircken Reitzker. Gifftiger Reitzker.

In plurimis *Marchiae* ſylvis et ericetis muſcoſis ad *Betularum* radices toto ferme autumno frequens, proxime priorem copia longiſſime ſuperat.

Fervidiſſimi ſaporis fungus carne gaudet albicante, ob diarhoeas autem torminoſas inſignes, quas facile excitat, pro noxio habetur, et ab aniculis probe dignoſcitur.

b. *Agaricus*; pileolo hemiſphaerico, rufeſcente, hirſuto, in centro ſuperne excavato, et lineis concentricis ſaturatioribus diſtincto; margine fornicato, lamellis cum brevi petiolo fuſcis.

Germ. Ein roethlicher Reitzker, deſſen rundes und auf dem Mittel-Puncte ausgehohltes Hüthlein mit etlichen dunckel-rothen Circkeln umzogen und mit einem gewoelbten Rande verſehen iſt; unterwaerts zuſamt ſeinem kurzen Stiele ganz braun.

Berolini in ſylvis proximis ſparſim *nach Coepenick und Bezow hin*, aliisque *transviadrinis Francofurthanis*, et circa *Drosnam* urbem, nec non *Sonneburgum*, *Zilenzig*, cet. ſeptembri aliquando obſervavi.

c. *Agaricus*; pileolo hemiſphaerico, amplo, margine nonnihil ſubverſo, in vertice concavo et ſub-fuſco, reliqua parte lineis concentricis alternis lateritii dilutioris et ſaturatioris coloris diſtincto; lamellis cum petiolo albis.

Fungus lacteſcens, acris, pileolo ampliore, centro cavo et ſub-fuſco, reliqua parte Zonulis circularibus lateritii coloris dilutis et ſaturatis alternatim poſitis veluti faſciata, lamellis cum pediculo albis. Mich. N. Pl. G. 143.

An Fungus hirſutus, marmoreus, ruber, pernicioſus. Sterb. Th. Fung. p. 219. Tab. 23. A.?

Germ. Ein groſſer dunckel-brauner Reitzker, deſſen Hüthgen mit einem ausgehoehlten Wirbel und auswaerts gebogenen Rande verſehen, im übrigen aber mit verſchiedenen bald blaeſſern bald duncklern abwechſelnden Ziegel-farbenen Circkeln um-

Digitized by Google

zogen iſt; unterwaerts zuſamt ſeinem Stiele ganz weis.

Julio et auguſto in *Marchiae* provinciis variis ad *Alnos*, *Carpinos* et *Betulas* muſcoſas obviam ivit.

In ſaltibus *Bohemiae* vaſtioribus et muſcoſis ad Abietum radices ſaepius collegi; praeſertim *Egranis* atque *Pragenſibus*. Ruricolae in *Bohemia* linguae Germanicae gnari fungum appellant *Tannen-Schwamm*, *Gifft-Hirſchling*.

Lamellae cum petiolo aliquando ruſeſcunt.

d. *Agaricus*; niveo-griſeus, viſcidus, pileolo in formam infundibuli ſuperius contracto; vertice pertuſo.

Germ. Ein weis-grauer klebrichter umgekehrter und Trichter-foermiger Reitzker, mit einem durchgeſtoſſenen Wirbel.

In *Marchia Elect.* circa pagum *Trebniz* ad *Betulas* juniores ſylvae aucupariae, et oras ſtagni *der Hinter-See* obſervavi.

e. *Agaricus*; pileolo hemiſphaerico; in margine fornicato, ſpadiceo; lamellis cum brevi petiolo luteo-fuſcis.

Amanita piperata, fuſca, lacteo ſucco turgens. Dill. Cat. Giſſ. 179. forte?

Germ. Ein dunckel-brauner Wieſen-Reitzker, mit einem runden am Rande hin gewoelbten Hüthgen, unterwaerts zuſamt ſeinem kurzen Stiele gelbbraun.

In paſcuis circumvallatis horto *Trebnizenſi* proximis, nec non aliis Viadrinis *unter Lebus*, *Reitwen*, *Selow*, *Dolgelin* cet. ſeptembri.

Fungus ſine dubio hujus loci eſt.

XII. AGARICVS; *luteus, pileolo turbinato, in margine anguloſo, laciniato, et varie contorto; lamellis craſſis, venoſis, ramoſis et criſpis.*

Amanita lutea, oris contortis. Dill. Cat. Giſſ. 179.

Merulius flavus, oris contortis et laceris. Hall. Enum. Helv. 33.

Fungus eſculentus, acris, pulchre croceus, pileolo

Digitized by Google

leolo turbinato, ad oras angulato, ſubtus repando. Mich. N. Pl. G. 143.

Fungus anguloſus et velut in lacinias ſectus. C. B. Pin. 558.

Fungus luteus, ſeu pallidus, Chanterelle dictus, ſe contorquens, eſculentus. I. B. Hiſt. III. 832.

Auricula leporis lutea, de Geil Haſenoor, off beter ſeemeleire. Fungi. Sterb. Theatr. Fung 59. 60. 61.

Germ. Pfifferling. Gelber Pfifferling.

In *Marchiae* pinaſtretis et ſylvis potioribus abundat, ubi pallido vel rufo colore aliquando ludit, ut in *Thuringiae* et *Franconiae* ericetis et montoſis poſt pluvias temperatas, in quibus maximus fungi certis annis proventus.

In *Circulo Lipſienſi*, circa pagos *Pomſen*, *Steinberg*, *Graeten*, aliisque *Muldae* fluvio proximioribus etiam autumno ſatis frequens.

Lamellis craſſis et carnoſis cum ipſa fungi ſubſtantia continuis haec 12. *Agarici* ſpecies a reliquis differt; novum autem genus ab *Agarico* diverſum ſtatuere dubito.

Pileus in fungo ſufficienter nondum explicato orbicularis, planus et integerrimus eſt, et margine donatur intus converſo; ſed ſenſim deinde pileoli figura mutatur.

Fungus autem niſi coctura et condimentis rite paratur, atrocia facile ventris tormina et diarhoeas excitat, ut anno 1741. in plebeculis pauperioribus per magnam *Circuli Lebuſienſis* partem obſervavi.

a. *Agaricus*; vitellini coloris, pileolo turbinato, margine anguloſo, varie laciniato, fimbriato et expanſo; lamellis craſſis, venoſis, ramoſis et criſpis.

Fungus eſculentus, acris, colore vitellino, pileolo turbinato, oris expanſis, undulatis ac pulchre laciniatis, coſtis criſpis et ramoſis. Mich. N. Pl. G. 144.

Germ. Ein Dotter-gelber Pfifferling, mit einem ſpizzigen Hüthgen, und eckigtem faltigt zerſchnittenen und ausgebreiteten Rande.

Cum prioribus in *Marchia* copioſe vegetat.

Digitized by Google

Lamellae in coſtas craſſas, criſpas et maxime ramoſas mutatae externa facie ad illas proxime accedunt, quas in *Elvelae ſpecie 6.* jam notavimus.

XIII. AGARICVS; *pileolo pulvinato, in margine ſtriato; petiolo anulato, ad radicem tuberoſo.*

Amanita Kremlinga, magna, aſpera, vireſcens. Dill. Cat. Giſſ. 178.

Fungus eſculentus, pileolo pulvinato, deſuper e luteo vireſcente, inferne lamellis et pediculo albis, Michel. N. Pl. G. 152.

Fungus magnus, viridis. Sterb. Theat. Fung. 67. tab. 5. C.

Fungus ſylvarum, aſper eſculentus, I. ſeu ex albo vireſcentis coloris. I. B. Hiſt. III. 872.

Germ. Ein Kremling. Ein Grünling. Ein grüner Breitling, oder Braetling.

Veris et autumni tempore in ſylvis et campeſtribus *Miſniae, Marchiae* et *Thuringiae* ſparſim colligunt aniculae.

Pileoli color ſuperne viridis eſt, vel ex albo vireſcens, aliquando vero albus vel albidus; lamellae conſtanter candidae ſunt, et petiolus anulo donatur fugaciſſimo.

Fungus, qui eſculentus eſt, ſucco lacteo et acredine caret.

a. Agaricus; pileolo lato, pulvinato, viridi et glabro, lamellis cum anulato petiolo albis.

Fungus eſculentus, pileolo pulvinato, viridi, inferne cum pediculo albo. Mich. N. Pl. G. 152.

Germ. Ein groſſer Kremling.

In agro *Lipſienſi* magnitudine varians obviam ivit, v. gr. in paſcuis circa pagos *Lindenau* et *Leutſch.*

b. Agaricus; pileolo cucullato, glabro, viridi, ſplendente et viſcido; lamellis cum petiolo candidis.

Fungus pileolo cucullato, viſcido, intenſe viridi, et quaſi vernice oblito, inferne lamellis et pediculo albis. Mich. N. Pl. G. 152.

Digitized by Google

Germ. Ein grüner Kremling, mit einem Kappen-foermigen, klebrichten und glaenzenden Hüthgen.

In ſylvulis *Trajectino-Viadrinis*, nec non *Lipſienſibus* ſero autumno ſparſim obſervavi.

XIV. AGARICVS; *pileolo orbiculari, in margine rugoſo et ſtriato; vertice tumido, petiolo brevi.*

Fungus ſubtus niveus, brevi petiolo, ad oras rugoſo, varii coloris. Hall. Enum. Helv. 39.

Germ. Ein Fleiſch-farbener Heyde-Schwamm, mit einem platt-runden und am Rande faltigten und geſtreiften Hüthgen, und erhabenem Wirbel, auf einem kurzen Stiele.

Naſcitur octobri in muſcoſis ſylvarum locis circa arborum in ſpec. *Betulae* et *Pini* radices, in *Marchia Elect.*, *Nova* et *Vckerana*, et tam pileoli et lamellarum figura et colore multum variat, quam ipſius petioli; unde ſequentes occurrunt.

a. *Agaricus*; pileolo orbiculari, carneo, in margine rugoſo et ſtriato, vertice tumido; petiolo carneo brevi.

Germ. Ein platt-runder Fleiſch-farbener Heyde-Schwamm, mit einem erhabenen Wirbel, und krauſen geſtreifften Rande, unterwaerts weis, auf einem kurzen roethlichten Stiele.

Cum priore ſaepius obſervatur in muſco ſylvarum.

b. *Agaricus*; pileolo fimbriato, lacero, carneo, et nonnihil inverſo, lamellis cum brevi, craſſo et villoſo petiolo candidis.

Germ. Ein Fleiſch-farbener Heyde-Schwamm, mit einem kraus-faltig zertheilten und etwas umgekehrten Hüthgen, unterwaerts zuſamt dem kurzen dicken und zottichten Stiele ganz weis.

Inter priores octobri muſco innatum ſaepius collegi in ſylvis plurimis *Suartam* fluvium et *Viadrum* interjacentibus, ſpec. circa pagos *Cunersdorff*, *Groſſen-Liebichen*, *Radach*, *Schmagarey* cet. nec non in fagetis *Marchiae Vckeranae* v. gr. circa praedium *Funckenhagen*, et pagum *Wegun*.

Digitized by Google

c. *Agaricus*; pileolo lacero, candido, flabellum referente, lamellis cum tenui petiolo flavis.

Germ. Ein weiſſer zertheilter Heyde-Schwamm, in Geſtalt eines Wehers, unterwaerts zuſamt ſeinem dünnen Stiele gelb.

Novembri in *Pini* ramentis putreſcentibus, poſt pagum *Pauſin*, in tractu *Haveliano* obviam ivit.

d. *Agaricus*; pileolo orbiculari, integerrimo, candido, in vertice concavo, lamellis cum petiolo dilute flaveſcentibus.

Germ. Ein weiſſer platt-runder Heyde-Schwamm, mit einem hohlen Wirbel, unterwaerts zuſamt dem Stiele blaſs-gelb.

Inter arborum folia dejecta, humectata et putreſcentia ſero autumno in *Marchia* in conſpectum facile prodit.

e. *Agaricus*; pileolo orbiculari, candido, centro cavo, et linea lactea concentrica diſtincto, lamellis cum petiolo flavis.

Germ. Ein weiſſer platt-runder Heyde-Schwamm, deſſen Hüthgen mit einem hohlen Wirbel verſehen, und mit einem Milch-weiſſen Circkel bezeichnet iſt, unterwaerts zuſamt dem Stiele gelb.

Inter humum et folia *Carpini* et *Fagi* dejecta in agro *Gothano*; ſpeciatim *hinter Reinhardsbrunnen und Waltershauſen*, ad radices montis *Inſulani*; nec non inter lichenes et muſcos putreſcentes circa *Ienam*, *bey Bollwerck und Schleſſreiſen*. In *Marchia* cum prioribus ſparſim.

f. *Agaricus*; pileolo orbiculari, flaveſcente, in margine fornicato; petiolo longiore, candido, griſeo, villoſo.

Germ. Ein gelbichter Heyde-Schwamm, mit einem platt-runden und am Rande hin gewoelbten Hüthgen, auf einem ſehr hohen, weis-grauen und zottichten Stiele.

Octobri praecedentium comes in *Marchiae* pinaſtretis muſcoſis, capituli colore rufeſcente, rufo-ſpadiceo et fulveſcente variat, nec non lamellis carneis, ſpadiceis, vel roſeo-flavis.

In

Digitized by Google

In agri *Lipſienſis* Querceto, *über Gundorff und Burghauſen*, quod patrio nomine *der Bieniz* audit, ſparſim obſervatur.

XV. AGARICVS; *pileolo ſtriato, hemiſphaerico, parvo, lamellis anguſtiſſimis, paucis; petiolo capillaceo, altiſſimo.*

Amanita minima, muſcoſa. Dill. Cat. Giſſ. 182.

Fungus pileolo candicante, lamellis paucis, pediculo fuſco, ſplendente. Vaill. Bot. Pariſ. 69. no. 58. tab. 11. fig. 21. 22. 23.

Fungus caule capillari, nigro, Androſaces capitulo. Bocc. Muſ. 134. tab. 104.

Fungus minimus, Adianthi aurei pediculis. Sherh. ap. Raj. Suppl. 19.

Germ. Ein ſehr zartes und kleines Schwaemmgen, mit einem weis-gelbichten halb-kugel-runden Hüthgen, ſehr wenigen und ſchmalen Saamen-Häutgen, und einem überaus langen ſchwarzen Haarfoermigen zähen Stiele.

Elegans fungi ſpecies per totam *Marchiam* communis et frequens, in pomariis, vinetis et pinaſtretis aliisque ſylvaticis locis folia et ligna putreſcentia integra, muſcos, nec non *Pini* conulos dejectos integros occupat.

Fungi ſubſtantia tota in pileolo ſiccior et coriacea, in petiolo cornea ferme eſſe videtur.

XVI. AGARICVS; *pileolo in conum acutum faſtigiato, piloſo, petiolo in baſi tumido.*

Fungus hirſutus, parvus, candidus, tenerrimus, ac facile in aquam ſolubilis, pileolo in acutum conum faſtigiato, lamellis nigricantibus. Mich. N. Pl. G. 155. tab. 73. fig. 3.

Germ. Ein kleiner weiſſer Schwamm, mit einem ſehr ſpizzigen Kegel-foermigen und zottichten Hüthgen, unterwaerts ſchwarz, auf einem hohen, weiſſen und nach unten zu etwas dicken Stiele.

Fungus fugax notiſſimus, poſt diuturniores pluvias ſaepius obvius, loca amat praeſertim umbroſa, ſubhumida, roſcida et ſalebroſa, unde in virgultis muſcoſis, ſylvis ceduis humectatis, alnetis aliisque ſimilibus per magnam *Germaniae* partem facile in con-

Digitized by Google

conſpectum prodit. In vaſculis aliquando plantarum ligneis hybernaculo vel caldario detentis, locis ſtercoratis ect. oritur.

a. *Agaricus;* pileolo cucullato, viſcido et nigro, petiolo fiſtuloſo, candido.

Fungus viſcidus, pileolo cucullato, ſuperne et inferne nigro. Mich. N. Pl. G. 155.

Germ. Ein ſchwarzer klebrichter Miſt-Schwamm, mit einem Kappen-foermigen Hüthgen, und einem hohlen weiſſen Stiele.

Tempore verno in locis ſuburbanis et arvenſibus, limoſis et ſtercorariis vel requietis habitat; alias etiam in ſpongioſis, humectatis et paluſtribus e *Iunci, Scirpi, Caricis* aliarumque plantarum ceſpite non raro prodit.

XVII. AGARICVS; *pileolo campanulato et ſtriato, parvo, lamellis rarioribus, petiolo cylindrico.*

Amanita exigua, ſanguinei coloris. Dill. Cat. Giſſ. 181. forte?

Fungus minimus, capitulo conico, rufeſcente, lamellis ſubtus paucis. Raj. Suppl. 19.

Germ. Ein kleiner rother Wieſen-Schwamm, mit einem Glocken-foermigen geſtreifften Hüthgen, und blaſſen weit von einander ſtehenden Saamen-Häutgen.

In paſcuis, pratis et pomariis *Miſniae, Marchiae* et *Thuringiae* pluribus anguſto menſe collegi.

Capituli rufeſcentis vel obſolete rubentis forma prima conica in campanulatam tranſit, et lamellae dilutius rubent.

a. *Agaricus;* pileolo plano, viſcido, citrino et ſplendente, vertice in conum acutum faſtigiato; lamellis rarioribus.

Amanita citrini coloris. Dill. Cat. Giſſ. 181. forte?

Fungus parvus, lubricus, aureus, lamellis raris, amplioribus, pediculo craſſiore. Mich. N. Pl. G. 147. forte?

Germ.

Germ. Ein kleiner Citronen-gelber, klebrichter und glaenzender Wieſen-Schwamm, mit einem platt-runden Hüthgen, deſſen Wirbel Kegel-foermig zugeſpizt iſt, mit weit von einander ſtehenden Saamen-Häutgen.

In pratis, paſcuis, ſalicetis *Viadrinis*, et muſcoſis ſylvarum locis ſparſim ſe obtulit.

Hujus forte loci *Fungus minimus, aurantius, mammillaris.* Vaill. Bot. Pariſ. 76. no. 64. tab. 11. fig. 19. 20.

Pileoli color modo eſt flavus vel aurantius, modo remiſſior, et vertex aliquando minus elatus.

XVIII. AGARICVS; *pileolo integerrimo, vertice elato, aut depreſſo; lamellis anguſtiſſimis.*

Fungus vernus, parvus, farinam recenter molitam admodum redolens, pileolo deſuper laete ruſeſcente, inferne albo, lamellis vix lineam latis, pediculo craſſiore, ſupernae pileoli parti concolore. Mich. N. Pl. G. 153.

Germ. Ein kleiner rother Dorn-Schwamm, mit einem runden auf dem Mittel-Puncte etwas erhabenen oder eingedrückten Wirbel, unterwaerts weis, und am Stiele roethlich.

Ein Mouceron.

In virgultis, paſcuis, dumetis, pomariis, agrorum terminis, nec non apricis tenuique ceſpite veſtitis locis verno tempore naſcitur in *Miſnia, Marchia, Thuringia*, et aliis regionibus.

Magnitudine et forma pileoli nec non ejusdem colore cyaneo, plumbeo, griſeo cet. admodum ludit fungi ſpecies.

Anſerum paſtores et moderatores vetulae nec non ipſi ludimagiſtri rurales in delicatulorum gratiam totam hujus varietatem avide colligunt.

a. *Agaricus;* parvus, pileolo umbilicato, ruſeſcente, lamellis candidis, petiolo fiſtuloſo, longiore et rufo.

Fungus eſculentus, odoratus, pileolo ruſeſcente, et umbilicato, lamellis albis, pediculo duriore, longiore ac fiſtuloſo, et ſupernae pileoli parti concolore. Mich. N. Pl. G. 153.

Germ.

Digitized by Google

Germ. Ein kleiner Mouceron, mit einem roethlichen Nabel-foermigen Hüthgen, unterwaerts weis, auf einem langen hohlen und rothen Stiele.

Cum praecedenti in agrorum limitibus, cui praefertur, et illo magis eſculentus vulgo habetur.

b. Agaricus; parvus, pileolo hemiſphaerico, fulvo, in vertice tumido, lamellis candidis; petiolo longiore luteo.

Germ. Ein kleiner dunckel-gelber Mouceron, mit einem halb-kugel-runden und auf dem Wirbel etwas erhabenen Hüthgen, unterwaerts weis, auf einem blaſs-gelben langen Stiele.

Majo in paſcuis *Viadrinis Marchiae* variis, ſpec. ad pagos *Quappendorff, Quiliz, Reitwen, Zſchechin,* cet. obviam ivit.

c. Agaricus; parvus, pileolo integerrimo, minore, et rubicundo, lamellis denſioribus, anguſtiſſimis, cum petiolo candidis.

Fungus vernus, parvus, farinam recenter molitam admodum redolens, pileolo deſuper rufo, et in centro fuſco rufo, ſubtus lamellis crebris, duas lineas latis, et pediculo albis. Mich. N. Pl. G. 153.

Germ. Ein kleiner Mouceron, mit einem rothen ſchmaelern Hüthgen, unterwaerts zuſamt dem Stiele weis.

Cum praecedente in paſcuis *Marchicis, Havellanis,* et aliis.

d. Agaricus; parvus, pileolo hemiſphaerico, ex albo et coccineo vario, viſcido, lamellis albis; petiolo tenui et luteo, ad baſin fuſco.

Germ. Ein kleiner klebrichter Mouceron, mit einem halb-kugel-runden roth und weis gefleckten Hüthgen, unterwaerts weis, auf einem dünnen gelben und nach unten zu ganz braunen Stiele.

In gramineis apricis, aggeribus et juxta margines pratorum, octobri viget, admodum odoratus et ſapidus fungus.

e. Agaricus; pileolo hemiſphaerico, griſeo, lamellis anguſtis, cum petiolo albis.

Fungus

Digitized by Google

Fungus pileolo rotundiori, Mouceron dictus. Tourn. Inſt. 557. forte?

Fungus eſculentus, farinam recenter molitam ſuaviter redolens, pileolo ſuperna parte griſeo, inferne lamellis anguſtiſſimis, ſimul cum pediculo albis. Mich. N. Pl. G. 150.

Germ. Ein kleiner grauer Mouceron, mit einem runden Hüthgen, unterwaerts zuſamt dem Stiele weis.

Vere et autumno in paſcuis campeſtribus, et dumetis *Miſniae*, *Marchiae* et *Thuringiae* non infrequens.

XIX. AGARICVS; *pileolo plano, lacero, anguſto, petiolo cylindraceo, tenui.*

Amanita pileolo plano, orbiculari, fuſco, cinereo, anguſto, pediculo et lamellis albis. Dill. Cat. Giſſ. 180.

Fungus eſculentus, deſuper murini coloris, inferne lamellis et tenuiori pediculo albis. Mich. N. Pl. G. 151. no. 10.

Germ. Ein dunckel-grauer Heyde-Schwamm, deſſen platt-rundes Hüthgen zuſamt dem dünnen Stiele weis iſt.

Per totam *Marchiam* minime rara fungi ſpecies, quae ſero autumno in ericetis et ſylvis luxuriat, in culinis autem, quantum conſtat, minus recepta.

Circa *Lipſiam* octobri in ſaltubus totius circuli ferme occurrit, praeſertim *Grimmenſibus*, *Torgavienſibus*, *Ileburgenſibus*, aliisque *Muldam* et *Albim* interjacentibus, ubi mira pariter et ampla fungorum varietas habitat.

a. Agaricus; pileolo hemiſphaerico, lacero, e luteo palleſcente, lamellis aureis, petiolo fiſtuloſo et flavo.

Fungus pileolo deſuper lacero, et veluti filamentoſo, fulvi palleſcentis coloris, ſubſtantia et lamellis buxeis, pediculo fiſtuloſo, ſupernae pileoli parti concolore. Mich. N. Pl. G. 158. tab. 74. fig. 2.

Germ. Ein blaſs-gelber Schwamm, mit einem halb-kugel-runden zerriſſenen faſerichten Hüthgen, unter-

Digitized by Google

unterwaerts Gold-gelb, auf einem hohlen gelben Stiele.

In *Luſatia* et *Marchia* circa arborum radices muſcoſas ſparſim obſervatur, ſpec. *bey Beskow, Franckfurt, Lebus* cet.

Cuticula in pileolo in portiones furfuraceas et villulos ſolvitur, et totus pileolus ſaepius fiſſuris dehiſcit.

b. Agaricus; pileolo orbiculari, griſeo vel ſpadiceo, filamentoſo, ad centrum usque varie dehiſcente; petiolo craſſo.

Fungus pileolo plerumque in plures partes ſe diffidens, utrinque griſeo-ſpadiceo, ſuperne filamentoſo, pediculo albo, in ima et ſumma parte tumido. Mich. N. Pl. G. 151. no. 14.

Germ. Ein dunckel-grauer oder brauner Schwamm, mit einem riſſigten und faſerichen Hüthgen, und einem ſehr ſtarcken weiſſen Stiele.

Cum praecedenti non infrequens autumno.

c. Agaricus; pileolo hemiſphaerico, contracto, plumbeo et ſquamoſo, lamellis cum craſſo brevi et fiſtuloſo petiolo candidis.

Fungus pileolo conico, maculato. Vaill. Bot. Pariſ. 63. no. 19.

Fungus eſculentus, pileolo ſuperne e griſeo plumbeo, et veluti ſquamoſo, lamellis ſimul cum breviori et habitiori pediculo albis. Mich. N. Pl. G. 151. no. 9.

Germ. Ein Bley-farbener Schwamm, mit einem ſchuppichten halb-kugel-runden etwas zuſammen gezogenen Hüthgen, unterwaerts zuſamt dem kurzen und ſtarcken Stiele ganz weis.

In *Marchia* circa radices *Betulae* et *Pini* ſparſim obſervatur.

d. Agaricus; pileolo plano, griſeo, filamentoſo, in vertice obſcuro; lamellis tenuiſſimis, cum craſſo petiolo candidis.

Fungus eſculentus, pileolo deſuper cinereo aut murino, et in filamenta quaſi lacerato, inferne

Digitized by Google

candido et tenuiſſime lamellato, pediculo pariter candido. Mich. N. Pl. G. 181. no. 11.

Germ. Ein grauer Schwamm, mit einem plattrunden faſerichen Hüthgen, dunckel-braunem Wirbel, und ſehr zarten Saamen-Häutgen, welche zuſamt dem ſehr dicken Stiele weis ſind.

In arenoſis et pinaſtretis agri *Berolinenſis*, intra *Spandow* et *Charlottenburg, und in der Teltower Heyde*, ubi aliquando in putrefactis *Pini* ramentis faſciculatim oritur, et formam induit plane monſtroſam.

XX. AGARICVS; *pileo papillari, ampliſſimo, in margine fornicato, lacero et filamentoſo; petiolo anulato procero, inferius tumido, pilei acetabulo inſerto.*

Amanita ſicca et levis, pileo magno, plano, orbiculari, pediculo longo, plerumque balbiformi. Dill. Cat. Giſſ. p. 180.

Fungus pileolo lato, longiſſimo pediculo variegato. C. B. Pin. p. 371.

Fungus coronatus aut marmoreus. Sterb. Th. Fung. p. 77. tab. 7. A.

An Fungus dipſcacoides? ob figuram fungi junioris forte?

An Fungus pratenſis, quem quidam Scarogias vocant? Caeſalp.

An Fungus procerus, papillaris, terreus, ſtriatus, ſubtus albus? Hall. Enum. Helv. p. 42.

Fungi longiſſimo pediculo candicantes, ſed maculati, eſculenti. I. B. Hiſt. III.

Germ. Ein weiſſer, roth und braun ſprencklicher Heyde-Schwamm, deſſen rund zugeſpizter groſſer Huth auf dem Wirbel mit einer Warze verſehen, und am Rande hin geſpalten und faſerich iſt, auf einem überaus hohen, mit einem Ringe umgebenen Stiele, welcher oberwärts in einer beſondern runden Vertiefung des Huthes befeſtiget wird.

Auguſto et ſeptembri in ſylvis inter *Vaccinium*, *Geniſtam* atque *Ericam*, et paſcuis pratenſibus ſiccioribus *Marchiae* et *Miſniae*

Digitized by Google

pluri-

pluribus facile occurrit, et *Berolini* ab incolis Bohemicae gentis ſub nomine *Bublizen* ſaepius colligitur, noſtris tamen culinis minime notus.

Pileoli figura prima ovato-oblonga mutatur in conicam et hemiſphaericam, quæ tandem tranſit in orbicularem et planam. Fungus, qui inter ampliſſimos eminet, pileo donatur albo, in vertice papillato, ad oras fornicato, lacero et filamentoſo, reliqua parte ſquamis rubro-fuſcis maculato et ſcabro. In averſa pileoli parte lamellae ex acetabulo quodam oriuntur centrali et membranaceo, prorſus candidae, quae per aetatem flaveſcunt, non tamen omnes ac ſingulae; plures enim variae longitudinis his interjectae, in medio pileoli ſtatim finiuntur. *Acetabulum centrale pileoli, (quod ſingularem hujus ſpeciei characterem conſtituit,) apicem excipit, et continet petioli* procerioris et aliquando ferme pedalis, pariter candidi et maculis ruſo-ſpadiceis variegati. Anulus craſſus, magnus et permanens petioli partem ſuperiorem ambit, qui ſenſim quaſi deſinit inferius in baſin craſſam et tumidam. Pilei defluvio peracto nudus petiolus in ſylvis diutius perſiſtit.

XXI. AGARICVS; *pileolo amplo, hemiſphaerico, fornicato; petiolo brevi, anulo permanente cincto.*

Amanita campeſtris, alba ſuperne, inferne rubens. Dill. Cat. Giſſ. 177.

Fungus pileolo lato et rotundo. C. B. Pin. 370. et Tourn. Inſt. 556.

Fungus campeſtris, albus ſuperne, inferne rubens. I. B. Hiſt. III. 824.

Fungus lamellatus et capitatus, vulgatiſſimus, Champignon vulgo dictus. Rupp. Fl. Ien. 303.

Germ. Ein gemeiner Champignon.

Sponte ſua julio, auguſto, ſeptembri cet. poſt pluvias oritur in arvis, hortis, pomariis aliisque ſuburbanis locis; arte vero in caldariis, cellis, aut in fimi aggeſtis ab hortulanis aliisque iſtarum rerum curioſis ſatus per maximam anni partem vegetat.

Fungus ſufficienter expanſus pileolo gaudet rotundo et glabro, petiolus autem magnitudine et reliqua ſuperficie variat.

Carnes hujus fungi, quae nec lacteo ſucco turgent, nec acri, lixivio ſalis communis vel aceto forti cum pipere et ſeminibus carminativis in culinis vulgo ſervantur.

Digitized by Google

a. *Agaricus;* pileolo hemiſphaerico, candido, lamellis ſub-rubentibus, petiolo longiore, craſſo, anulo amplo et permanente cincto.

Fungus eſculentus magnus, albus, pileolo fornicato, lamellis ſub-rubentibus, pediculo longiore et craſſiore, ample anulato. Mich. N. Pl. G. 174.

Germ. Ein groſſer Champignon, unterwaerts dunckel-roth, deſſen ſtarcker und hoher Stiel mit einem viel breitern und dauerhaftern Ringe verſehen iſt.

Cum praecedenti in hortorum ſulcis et areolis probe ſtercoratis, autumno pluvioſo, v. gr. inter *Cinaras* et *Aſparagum*, facile creſcit.

b. *Agaricus;* pileolo hemiſphaerico, candido et lacero, lamellis purpureis; petiolo anulato et rimoſo, ad baſin tuberoſo.

Fungus eſculentus, albus, pileolo in ſuperficie nonnihil lacero, ad oras angulato, et limbo membranaceo cincto, lamellis dilutiſſime purpureis, pediculo longiore, plerumque rimoſo, pariter albo, radice bulboſa. Mich. N. Pl. G. 174.

Germ. Ein Champignon, mit einem runden aufgeſprungenen Hüthgen, purpur-rothen Saamen-Häutgen, auf einem riſſichen, geringelten und am unterſten Ende ſehr knollichten Stiele.

In paſcuis et gramineis elatioribus bonae notae in *Marchia*, et ſuburbanis plurimis locis non infrequens.

c. *Agaricus;* parvus, pileo hemiſphaerico, candido, lamellis roſeis; petiolo anulato, tenui.

Fungus parvus, nitide albus, lamellis carneis aut roſeis, pediculo anulato, ſupernae pileoli parti concolore. Mich. N. Pl. G. 175.

Germ. Ein kleiner Champignon, mit einem Schnee-weiſſen und rund-gewoelbten Hüthgen, Roſen-farbenen Saamen-Häutgen, und einem dünnen geringelten Stiele.

In paſcuis, hortis, agrorum terminis cet. aliquoties obviam ivit.

Digitized by Google

Fungi ſubſequentes potioribus attributis cum ſpecie hac XXI. optime conveniunt.

d. Agaricus; candidus, pileolo fornicato, ſquamoſo, petiolo anulato, cylindraceo et craſſo.

Fungus fimetarius, totus albus, pileolo fornicato, ſquamoſo, pediculo cylindrico, obeſo, cujus cutis in cincinatas et acutas ſquamas ſoluta eſt. Mich. N. Pl. G. 171. no. 2.

Germ. Ein ganz weiſſer falſcher ſchuppichter Champignon, mit einem rund-gewoelbten Hüthgen, und einem ſehr dicken geringelten Stiele.

Lipſiae, Berolini et *Trajecti ad Viadrum,* poſt pluvias autumnales, in fimeteriis, pomariis et feracioribus ſuburbanis locis non raro in conſpectum venit.

Fungi ſequentes *e. f.* cum hac varietate optime conveniunt, et anulo donantur in petiolo perſiſtente.

e. Agaricus; pileolo orbiculari, pulvinato, pallido, vel candido, margine hirſuto, aureo, ſtriato, lamellis albis; petiolo brevi, craſſo et villoſo.

Amanita divi Georgii. Dill. Cat. Giſſ. 178.

Fungus orbicularis, exalbidus, pratenſis. C. B. Pin. 370.

Fungi divi Georgii, coloris exalbidi, cum pauca flavitie, eſculenti, pratenſes. I. B. Hiſt. III. 824.

Fungus eſculentus, pileolo et lamellis albis. Dood. ap. Raj. Synoſ. ed. 2. app. 334.

Fungus totus albus, edulis. Vaill. Bot. Pariſ. 75. no. 8.

Fungus eſculentus, totus albus, pediculo brevi, obeſo. Mich. N. Pl. G. 171.

Germ. May-Schwamm. Ein Weisling. St. Georgen-Schwamm.

Majo in paſcuis ſuburbanis et pratenſibus elatioribus circa *Lipſiam, auf denen Gonnewizer Schanzen; um dem Bieniz, um dem Kuh-Thurm,* et circa *Trajectum ad Viadrum, hinter der Kuh-Burg* ſparſim occurrit.

Digitized by Google

Pileolus e niveo flaveſcit, deinde flavo-rufus evadit, lamellae autem candorem non mutant.

Fungus plura communia cum ſpecie XXI. habet, et hic locum commode invenit.

f. Agaricus; pileolo fornicato, candido, ſplendente, petiolo anulato et tenui, in baſin turbinatam et craſſam deſinente.

Fungus totus candidus, pileolo fornicato, pediculo tenui, anulo ſtrictiori cincto; radice craſſa et pyriformi. Mich. N. Pl. G. 171.

Germ. Ein weiſſer glaenzender May-Schwamm, mit einem rund-gewoelbten Hüthgen, und dünnen geringelten Stiele, welcher ſich unterwaerts in einen dicken zugeſpizten Knollen endiget.

Majo in locis ſylvarum gramineis et paſcuis ad vias publicas rarius obſervatur.

XXII. AGARICVS; *pileolo pulvinato magno, petiolo brevi et tenui.*

Fungus magnus, totus albus, ſine lacteo ſucco, edulis, Columbettes Montbelgardenſium. I. B. Hiſt. III. 826.

Fungus eſculentus, totus albus, pileolo plano, pediculo breviore. Mich. N. Pl. G. 145.

Germ. Ein weiſſer Wieſen-Schwamm, mit einem platt-runden Hüthgen, auf einem dünnen und kurzen Stiele.

Autumni initio in virgultis et elatioribus agrorum terminis in *Miſnia*, *Marchia* et *Thuringia* plurimis locis ſparſim obviam ivit.

Ad praecedentem ſpeciem multum accedit XXII. a qua tamen potiſſimum differt petiolo anulo carente, et petiolo tenui ſulcis aut rimulis nonnihil diſtincto; carnium de cetero ſucci pari modo lacteſcentes non ſunt, nec ullo modo acres.

a. Agaricus; candidus, pileolo plano et viſcido, lamellis criſpis.

Fungus eſculentus, albus, pileolo plano, viſcido, lamellis criſpis. Mich. N. Pl. G. 145.

Digitized by Google

Germ. Ein weiſſer Feld-Schwamm, mit einem platt-runden klebrichten Hüthgen, und gekrauſten Saamen-Häutgen.

Habitat in *Marchiae* campis humilioribus et terminis pratorum arvenſium.

b. Agaricus; candidus, pileolo in formam infundibuli ſuperiora verſus contracto; petiolo tenui.

Fungus albus, infundibulum imitans, pediculo tenuiore. Mich. N. Pl. G. 145.

Germ. Ein umgekehrter Trichter-foermiger weiſſer Wieſen-Schwamm, mit einem dünnen Stiele.

Cum praecedenti in paſcuis et campeſtribus gramineis minime rarus.

c. Agaricus; candidus, pileolo plano et viſcido, lamellis paucis et anguſtis; petiolo fiſtuloſo.

Fungus nivei candoris aemulus, viſcidus, lamellis parvis, rarioribus, pediculo fiſtuloſo. Mich. N. Pl. G. 145.

Germ. Ein weiſſer klebrichter Wieſen-Schwamm, mit einem platt-runden Hüthgen, ſehr ſchmahlen einzelnen Saamen-Häutgen, und einem hohlen Stiele.

Poſt pluvias autumno in *Miſnia*, *Marchia* et *Thuringia*, in paſcuis elatioribus, circa pagos; nec non in ſylvis et ericetis oritur.

d. Agaricus; parvus, niveo-carneus, pileolo plano, in margine lacero; petiolo tenui, in baſin tuberoſam deſinente.

Germ. Ein kleines weis-röthliches Wieſen-Schwaemmgen, mit einem geſpaltenen platt-runden Hüthgen, und einem dünnen unterwaerts knollichten Stiele.

Medio octobri in areolis hortorum et pomariorum gramineis obſervatur.

XXIII. AGARICVS; *pileolo hemiſphaerico, petiolo tenuiſſimo, cylindraceo.*

 Fungus

Digitized by Google

Fungus pratenſis, parvus, radicibus graminis dactyloidei ſpicis villoſis autumni tempore innaſcens. Mich. N. Pl. G. 146. tab. 74. fig. 3.

Germ. Ein ganz kleiner weiſſer Wieſen-Schwamm, mit einem halb-kugel-runden Hüthgen, auf einem hohen und dünnen Stielgen.

Satis communis eſt pulchra et ludicra fungelli ſpecies, et in ſylvis, hortis, paſcuis et pratenſibus locis *Marchiae*, *Miſniae* et *Thuringiae* facile obvia.

a. *Agaricus*; exiguus, pileolo hemiſphaerico, tenuiſſimo, transparente, petiolo tenui et brevi.

Fungus albus, pileoli ſubſtantia adeó tenui, ut lamellae ad ſuperficiem transpareant. Mich. N. Pl. G. 146. no. 19.

Germ. Ein überaus kleiner weiſſer Wieſen-Schwamm, mit einem durchſichtigen halb-kugel-runden Hüthgen, auf einem zarten und kurzen Stielgen.

Octobri in paſcuis et ericetis per *Marchiam* frequens.

b. *Agaricus*; exiguus, albus, pileolo hemiſphaerico, petiolo ſetaceo longiſſimo.

Fungus minimus, candidus, pileolo hemiſphaerico, pediculo altiori, capillaceo. Mich. N. Pl. G. 146. tab. 73. fig. 4.

Germ. Ein ſehr kleines weiſſes Schwaemmgen, mit einem halb-kugel-runden Hüthgen, auf einem überaus hohen und Haar-foermigen Stielgen.

Auguſto et ſeptembri in pratis, ſylvis et hortis inter folia dejecta putrida, gramina emortua et muſcos, in locis praeſertim umbroſis habitat.

c. *Agaricus*; candidus, exiguus, pileolo hemiſphaerico, lamellis rarioribus, petiolo brevi.

Fungus minimus, albus, pileolo haemiſphaerico, in arborum caudicibus. Mich. N. Pl. G. 146. tab. 74. fig. 7.

Germ. Ein ganz kleines weiſſes Baum-Schwaemmgen, mit einem halb-kugel-runden Hüthgen,

gen, und einzelnen Saamen-Häutgen, auf einem ſehr kurzen Stielgen.

Per maximam anni partem modo vivus modo exſuccus occurrit in pontium columnis, variarum arborum truncis moribundis aut ſenio confectis, et omnis generis lignis carioſis. Loca in ſylvis amat umbroſa, ſubhumida, et praeſertim alneta.

d. *Agaricus*; perpuſillus, niveus, pileolo hemiſphaerico; petiolo ſetaceo longiſſimo et tenuiſſimo.

Fungus minimus, candidus, pileolo hemiſphaerico, Ilignis foliis ſemiputridis innaſcens. Mich. N. Pl. G. 146. tab. 80. fig. 10.

Germ. Ein überaus kleines weiſſes Schwaemmgen, mit einem halb-kugel-runden Hüthgen, auf einem ſehr hohen und Haar-foermigen Stielgen.

Agarici varietas haec omnium facile minima et tenerrima in humectatis, roſcidis et muſcoſis ſylvarum, pratorum et hortorum locis *Thuringiae, Miſniae* et *Marchiae* ſero autumno occurrit.

Gregatim naſcitur ſaepe in quisquiliis et rejectaneis ſylveſtribus, lignis, radicibus et arborum foliis congeſtis putreſcentibus.

e. *Agaricus*; exiguus, candidus, pileolo galericulato; petiolo tenuiſſimo et longiſſimo.

Fungus minimus, candidus, pileolo galericulato, pediculo praealto, anguſtiſſimo, vix perforato. Mich. N. Pl. G. 146. tab. 73. fig. 5.

Germ. Ein ganz kleines weiſſes Baum-Schwaemmgen, mit einem Helm-foermigen Hüthgen, auf einem überaus dünnen und hohen Stiele.

Ad Alnos ſenio moribundas, aliarumque arborum truncos carioſos ſeptembri oritur.

f. *Agaricus*; exiguus, candidus, pileolo lobato, limbo ſuperna parte repando; petiolo brevi.

Fungus minimus, candidus, pileolo clypei forma, et veluti angulato, limbo ſuperna parte repando. Mich. N. Pl. G. 146. tab. 74. fig. 4.

Germ. Ein ganz kleines weiſſes Schwaemmgen, mit einem eckichten Hüthgen, und einem

H 5 nach

Digitized by Google

nach oben zu auswaerts getriebenen Rande, auf einem kurzen Stielgen.

In *Aceris*, *Fungi*, *Carpini* et *Alni* truncis rarius tantum obſervatur, in ſylvis *Marchiae Vckeranae*, circa arcem *Böytzenburg*, *im Küchen-Holze*, *Bieſterfelde*, nec non in ſaltu circa *Liebenwalde* et *Groſſen-Schoenebeck*, octobri.

g. *Agaricus*; perexiguus, niveus, pileolo ſuperius in formam infundibuli converſo.

Amanita ſcyphiformis, minima. Dill. Cat. Giſſ. 184.

Fungus minimus, totus albus, infundibulum imitans, muſco innaſcens. Mich. N. Pl. G. 146. tab. 73. fig. 6.

Germ. Ein überaus kleines und in Geſtalt eines Trichters über ſich gekehrtes Schwaemmgen.

Veris et autumni tempore in muſcis et graminibus emortuis, in acclivibus ſylvarum *Marchiae* locis frequens.

Lipſiae in ſylvis ſuburbanis et plurimis aliis ejusdem circuli.

XXIV. AGARICVS; *pileolo campanulato, contracto, ſtriato et villoſo, lamellis tenuiſſimis; petiolo cylindraceo, anulo fugaci diſtincto, vel nullo.*

Amanita obtuſe coniformis, cinerea aut ex livido nigricans. Dill. Cat. Giſſ. 182.

Fungus in fimetis creſcens, vulgo Padden-Stuhl. Pancov. Herb. Port. 185. fig. 4.

Fungus albus, ovum referens. Raj. Synopſ. p. 5. no. 22.

Fungus Typhoides. Vaill. Bot. Pariſ. p. 72. no. 9.

Fungus ſterquilineus, ex albo griſeus, pileolo ſtriato, vertice nigricante, pediculo cylindrico, albogriſeo, anulo fugaci munito. Mich. N. Pl. G. 181. tab. 80. fig. 3.

Germ. Ein Kroeten-Schwamm. Padden-Stuhl. Miſt-Schwamm.

Autumno

Digitized by Google

Autumno in agris, hortis oleraceis, fimetis, hortorum ambulacris, aliisque ſuburbanis locis poſt pluvias frequens.

Gregarius nonnunquam fungus eſt, et anulo fugaciſſimo gaudet, qui ſubſequente explicatione aut ipſo pileolo ſub flocculorum forma aut petiolo ſub ſquamularum facie adhaeret.

Pileoli figura ovata in campanulatam et haec tandem in orbiculatem tranſit. Lamellae, quae initio albae ſunt, ſenſim nigreſcunt, et ſauciatae ſuccum plorant concolorem.

a. *Agaricus*; pileolo campanulato, ſulcato, ſericeo et griſeo, in margine obtuſe denticulato, lamellis cinereis; petiolo ex una baſi multiplici, cylindrico, fiſtuloſo et albo.

Germ. Ein Bley-farbener aus einer Wurzel vielfach hervor wachſender Kroeten-Schwamm, mit einem tief geſtreifften Hüthgen, und ausgezacktem Rande, Aſch-grauen Saamen-Häutgen, und einem weiſſen hohlen Stiele.

Octobri in cellis aliisque ſubterraneis, et aliquando in pomariis Berolinenſium minime rarus.

Baſis fungi fugacioris latior, ſolida ac tuberculoſa ligni putridi recrementis, absque veſtigiis fibroſis, innaſcens, gemmulas 6. 8. 10. vel plures emittit, quarum ſingula fungum continet.

Petiolus variae longitudinis fiſtuloſus, candidus, cylindricus, per aetatem ſuperius attenuatus, ipſo pileoli pondere nimium inclinatus ſaepius frangitur, laceratur, aut ſaltem filamentoſus evadit. Superius, ubi pileoli centro inſeritur petiolus, nonnihil intumeſcit.

Pileolus (mediae magnitudinis) in fungo nondum adulto conicus, contractus, et circa petiolum expanſione quadam marginis membranacea tenuiſſima firmiter clauſus, ſ. operculatus ſenſim ſenſimque ampliatur, et figuram ſuam cum perfecte campanulata commutat. Tota pileoli ſuperficies, vertice ſpadiceo excepto, plumbei coloris, ſulcata, ſericea et puſtulis furfuraceis tenerrimis ſquamoſa marginem verſus ſaturatior eſt, et in ipſo margine obtuſe denticulato circulo fuſco diſtincta.

Lamellae tenuiſſimae, copioſae ac cinereae poſt floreſcentiam nigro-fuſcae apparent, zonulam tamen cineream retinent, in eo nempe loco, ubi petiolum verſus excurrunt et deſinunt, quae anuli veri centralis figuram ſimulat.

Digitized by Google

Anuli veſtigia in petiolo nulla obſervantur. Eminentia potius quaedam tenuiſſima et anguſtiſſima, membranacea, in margine pileoli perſiſtit, cujus beneficio pileolus in fungis junioribus perfecte inferius clauditur.

Pileolus in fungo adoleſcente inſectorum morſu corruptus aliquando calloſus, duriuſculus, acute faſtigiatus, anguloſus et ſulcatus exiſtit, margine inaequali, profunde diviſo et lacero.

XXV. AGARICVS; *pileolo hemiſphaerico, amplo, deſuper a centro verſus peripheriam ſtriato, petiolo cylindraceo, fiſtuloſo.*

Fungus pileolo ampliore, hemiſphaerico, deſuper pulchre et undique ſtriato, inferne lamellis nigricantibus, pediculo cylindraceo, albo et fiſtuloſo. Mich. N. Pl. G. 186.

Germ. Ein grauer Feld- und Garten-Schwamm, mit einem halb-kugel-runden geſtreifften Hüthgen, und ſchwarzen Saamen-Häutgen, auf einem hohlen und weiſſen Stiele.

Vere et autumno in acclivibus juxta pagos, ad vias publicas, nec non in pomariis, ad arborum radices et ligna emortua humectata creſcit.

Anulus in hac ſpecie deficit, petiolus in potiori varietate fiſtuloſus eſt, et pileoli forma plerumque hemiſphaerica vel galericulata, rarius plana, exiſtit.

a. *Agaricus;* pileolo galericulato, cinereo, lanuginoſo, deſuper a centro verſus peripheriam ſtriato; petiolo cylindraceo, fiſtuloſo, longiore et candido.

Fungus pileolo galericulato, ab imo ad ſummum ſtriato, griſeo et lanuginoſo, lamellis concoloribus, circa margines nigricantibus, pediculo albo, praealto, fiſtuloſo. Mich. N. Pl. G. 169.

Germ. Ein grauer Miſt-Schwamm, mit einem Helm-foermigen, wollichten und geſtreifften Hüthgen, auf einem hohen, weiſſen und hohlen Stiele.

Habitat in fimetis, pomariis et ſuburbanis hortenſibus locis, ubi petioli et lamellarum colore ludit.

b. *Agaricus;* exiguus, glauco-cinereus, pileolo hemiſphae-

rico

Digitized by Google

rico, a centro verſus peripheriam ſtriato, petiolo brevi.

Germ. Ein ſehr kleines und zartes Schimmel-graues Baum-Schwaemmgen, mit einem runden geſtreifften Hüthgen und kurzen Stielgen.

Ad *Alnos* novembri copioſe in viridario *Acad. Reg. Scient. Berolin.* et proximo alneto, *das Hopffen-Bruch* dicto, viget.

c. Agaricus; tenerrimus, exiguus et ſubcinereus, pileolo plano, deſuper a centro depreſſo peripheriam verſus ſtriato, lamellis fuſcis; petiolo fiſtuloſo, candido, tenuiſſimo.

Fungus minimus, terreſtris, tenerrimus, pileolo complanato, vix umbilicato, prorſus ſtriato, e cinereo-rufeſcente, inferne fuſco, pediculo tenuiſſimo, fiſtuloſo, albo. Mich. N. Pl. G. 169. no. 7.

Germ. Ein ſehr kleiner, zarter, dunckel-grauer Schwamm, mit einem platt-runden, oberwaerts von ſeinem hohlen Wirbel an bis gegen den Rand zu geſtreifften Hüthgen, unterwaerts braun, auf einem zarten, hohen, weiſſen und hohlen Stiele.

In pratis ſpongioſis majo et junio poſt pluvias facile occurrit.

d. Agaricus; pileolo hemiſphaerico, cinereo, tenui, vertice umbilicato, laevi, reliqua parte ſtriato; petiolo fiſtuloſo, tenuiſſimo.

Fungus fimeterius, pileolo tenuis ſubſtantiae, cinereo, centro nonnihil umbilicato et laevi, reliqua parte ſtriato, lamellis concoloribus, circa margines nigricantibus, pediculo lineam craſſo, albo, fiſtuloſo. Mich. N. Pl. G. 169.

Germ. Ein ſehr feiner Aſch-grauer Schwamm, deſſen Hüthgen auf dem Wirbel etwas vertieffet und glatt, übrigens aber geſtreifft iſt, auf einem ſehr dünnen, weiſſen und hohlen Stiele.

Tempore verno in locis gramineis, humectatis et pinguioribus ſuburbanis, hortis oleraceis, aliisque ſimilibus ſparſim occurrit.

e. Agaricus; cinereus, parvus, pileolo galericulato, a centro verſus peripheriam ſtriato; petiolo lacero.

Digitized by Google

Fungus

Fungus campeſtris, parvus, cinereus, pileolo galericulato, ſtriato, pediculo in ſuperficie lacero. Mich. N. Pl. G. 166. tab. 79. fig. 8.

Germ. Ein kleiner Aſch-grauer Feld-Schwamm, mit einem geſtreifften Hüthgen, und einem riſſichten Stiele.

In agris detonſis et paſcuis humidis circa pagos naſci amat, ubi minime rarus.

f. Agaricus; parvus, pileolo orbiculari, candido-griſeo, papillato, ſtriato, et in margine crenato; lamellis rarioribus, nigris, petiolo gracillimo, fiſtuloſo et candido.

Fungus perpuſillus, pediculo oblongo, pileolo tenui, utrinque ſtriato, ſeu flabelli in modum plicatili. Raj. Synopſ. ed. 3. p. 8. no. 42.

Fungus parvus, pileolo plicatili, cinereus, oris crenatis. Buxb. Cent. II. tab. 21. A.

Fungus parvus, gracillimus, pileolo griſeo, complanato, centro nonnihil umbilicato et laevi, reliqua parte undique ſtriato, lamellis nigricantibus, pediculo albo, lineam craſſo, fiſtuloſo. Mich. N. Pl. G. 169. no. 5.

Germ. Ein ganz kleines weis-graues Schwämmgen, deſſen platt-rundes und geſtreifftes Hüthgen mit einem erhabenen braunen Wirbel verſehen iſt, übrigens aber mit einzelnen ſchwarzen Saamen-Häutgen, und einem ſehr zarten, hohlen und weiſſen Stiele.

Cum reliquis in arenoſis pomariis, hortis et paſcuis poſt pluvias in conſpectum prodit, et quidem niger, ſplendens et aliquando cum craſſo petiolo. Amplior varietas in arborum radicibus carioſis octobri oritur, lamellis candidis donata, in quibus coſtulae plures in conſpectum prodeunt transverſim fundum excurrentes, quarum ope in fundo cohaerent lamellae.

g. Agaricus; exiguus, niveus, pileolo hemiſphaerico, a vertice verſus marginem ſtriato, lamellis rarioribus, petiolo longiore et tenui.

Fungus

Digitized by Google

Fungus minimus, totus albus, pileolo hemiſphaerico, utrinque ſtriato, lamellis rarioribus. Mich. N. Pl. G. 166. tab. 80. fig. 11.

Germ. Ein kleines weiſſes Schwaemmgen, mit einem halb-kugel-runden geſtreifften Hüthgen, und einem hohen und dünnen Stielgen.

In dejectis *Aceris*, *Tiliae*, *Carpini* aliarumque foliis ſemiputridis, aliisque recrementis ſylvaticis et hortenſibus congeſtis et humectatis gregatim naſcitur, ſpec. in *Marchiae* alnetis et ſylvis umbroſis, nec non *Lipſiae* in ſuburbanis potioribus, octobri.

h. Agaricus; parvus, atro-rufeſcens, pileolo conico, obtuſo, a vertice ad marginem leviter ſtriato, lamellis rarioribus; petiolo praealto, tenui et fiſtuloſo.

Fungus parvus, totus atro-rufeſcens, pileolo deſuper, undique et leviter ſtriato, ſubtus rare lamellato, pediculo praetenui et fiſtuloſo. Mich. N. Pl. G. 167.

Germ. Ein kleiner dunckel-rother Schwamm, mit einem ſtumpf zugeſpizten und zart geſtreifften Hüthgen, einzelnen Saamen-Häutgen, und einem dünnen ſehr hohen und hohlen Stiele.

Verno tempore in ſylvis *Lipſienſium* humidioribus abundat, v. gr. inter *Hederam*, cet. in *Marchia* circa *Trajectum ad Viadrum* locis conſimilibus *hinter der Carthaus; um Beckmanns Mühle, und denen Bergen nach Laſſow hin* ſparſim obſervatur.

i. Agaricus; parvus, fuſcus, pileolo galericulato, e medio verſus peripheriam ſtriato.

Amanita parva, fuſci ubivis coloris. Dill. Cat. Giſſ. 182.

Fungus parvus, flavo-fuſcus, pileolo galericulato, e medio ad peripheriam ſtriato. Mich. N. Pl. G. 170.

Germ. Ein kleiner brauner Schwamm, mit einem Helm-foermigen nur von der Haelffte bis auf den Rand geſtreifften Hüthgen.

In gramineis et tenui ceſpite veſtitis locis pluribus *Marchiae* et *Miſniae* circa pagos habitat.

Digitized by Google

k. *Agaricus*; tenerrimus, albus vel griſeus, pileolo campanulato et hirſuto, a vertice ad marginem usque ſtriato; petiolo praealto, gracili et fiſtuloſo, in baſin ſtellatam deſinente.

Fungus minor, tenerrimus, farina reſperſus, pileolo ſuperne cinereo, lamellis ſubtus tenuiſſimis, creberrimis, nigris. Raj. Synopſ. ed. 3. p. 9. no. 7.

Fungus gracillimus, Androſacen vel Acetabulum ſimulans, primum totus albus, et farina ubivis reſperſus, poſtea capitulo utraque parte griſeo, ac tandem lamellis ob vetuſtatem nigricantibus, pediculo fiſtuloſo, ſemper albo, radice ſtellata. Mich. N. Pl. G. 166. tab. 79. fig. 6.

Germ. Ein kleiner weiſſer oder grauer überaus zarter Schwamm, mit einem halb-kugel-runden geſtreifften und mehlichten Hüthgen, deſſen ſehr hoher und ſchlanckerStiel ſich unterwaerts in einen Stern-foermigen Grund endiget.

Tempore verno in hortis, hybernaculis, caldariis, fimetis, lignis humectatis et ipſis vaſis plantarum facile oritur.

Habitat etiam in muſcis, graminibus et locis ſtercoratis inter olera.

Nitidiſſima Michelii figura fungi mutationes optime indicat, et pileoli forma, quae ex ovata in galericulatam, campanulatam vel hemiſphaericam mutatur, per aetatem in orbicularem et inverſam, infundibularem, tranſit.

l. *Agaricus*; ex una baſi multiplex, pileolo rufo-fulvo, galericulato, in vertice laevi, reliqua parte ſtriato; lamellis nigris; petiolo candido et fiſtuloſo.

Amanita parva, galericulata, rufa. Dill. Cat. Giſſ. 181. forte?

Fungus parvus, galeri formam exprimens, rufus. C. B. Pin. 173.

Fungus ex uno pede multiplex, pileolo galericulato, rufo-fulvo, vertice levi, reliqua parte ſtriato, ſubtus lamellis nigricantibus, pediculo albo, fiſtuloſo. Mich. N. Pl. G. 195.

Germ. Ein roth-gelber aus einer Wurzel vielfach hervor wachſender Schwamm, mit einem Helm-foer-

Digitized by Google

ſoermigen auf ſeinem Wirbel ganz glatten, übrigens aber geſtreifften Hüthgen, unterwaerts ſchwarz, auf einem weiſſen und hohlen Stiele.

Autumno in variarum arborum truncis humectatis et putreſcentibus, in hortis, ſylvis, pomariis et ſuburbanis locis, ad lignea aedificiorum fundamenta non infrequens.

m. Agaricus; ex una baſi multiplex, ruſeſcens, pileolo faſtigiato, in vertice laevi, reliqua parte ſtriato; lamellis fuſcis, petiolo longiore, fiſtuloſo et candido.

Fungus ſterquilineus, fugax, ex uno pede multiplex, pileolo faſtigiato, ruſeſcente et ſtriato, lamellis primum obſcuris, poſtea nigricantibus, pediculo altiori, albo, fiſtuloſo. Mich. N. Pl. G. 196.

Germ. Ein ganz rother aus einer Wurzel vielfach hervor wachſender Schwamm, mit einem zugeſpizten auf dem Wirbel ganz glatten, übrigens geſtreifften Hüthgen; unterwaerts dunckelbraun, auf einem hohen, weiſſen und hohlen Stiele.

Cum praecedenti, in hortorum areolis ſtercoratis, fimetis vel ſubhumidis aliis locis oritur, ſed vitam vivit facile breviſſimam.

XXVI. AGARICVS; *pileolo faſtigiato, ſuperne lacero; petiolo anulato, cylindraceo, in baſi tumido.*

Fungus minimus, eſculentus, pileolo e griſeo ſub-obſcuro, cute lacera, lamellis albis, pediculo cylindrico, anulato, ſub-purpureo, Mich. N. Pl. G. 176. tab. 78. fig. 6.

Germ. Ein kleiner dunckel-grauer Schwamm, mit einem ſchuppichten zugeſpizten Hüthgen, und einem geringelten Stiele, welcher am unterſten Ende etwas ſtarck iſt.

In ſylvis circuli *Lipſienſis*, circa *Pomſen*, *Steinberg*, *Brandis*, cet. rarius obviam ivit. Eſculentum autem eſſe fungum, ut nomen Michelii indicat, valde dubito!

a. Agaricus; exiguus, candidus, pileolo faſtigiato et ſquamoſo; petiolo tenui, fiſtuloſo, anulato, cylindraceo.

Fungus minimus, albus, pileolo leviter faſtigiato, pediculo cylindrico, tenuiori, anulato, fiſtuloſo. Mich. N. Pl. G. 171. tab. 78. fig. 7.

 Germ.

Digitized by Google

Germ. Ein ganz kleiner weiſſer Schwamm, mit einem ſchuppichten zugeſpizten Hüthgen, und einem zarten hohlen geringelten Stiele.

Auguſto et ſeptembri poſt pluvias in hortis, paſcuis, pratis et ſylvis oritur ſparſim.

b. Agaricus; exiguus, candidus, pileolo in vertice papillato, et ſquamis atro-rufis lacero; lamellis candidis, petiolo fiſtuloſo, craſſo, brevi et anulato.

Fungus minimus, pileolo in medio papillato, undique atro-rufeſcente, cute lacera et veluti ſquamoſa, lamellis albis, pediculo vix fiſtuloſo et anulato, medii coloris. Mich. N. Pl. G. 176. tab. 78. fig. 8.

Germ. Ein ganz kleiner Schwamm, deſſen ſchwarz-rothes ſchuppichtes und auf dem Wirbel erhabenes Hüthgen unterwaerts weis und mit einem kurzen geringelten Stiele verſehen iſt.

In pinaſtreto *Münchebergenſi* et aliis agri *Berolinenſis* ad *Alnos* habitat fungus, anulo fugaci donatus.

XXVII. AGARICVS; *pileolo campanulato, in centro depreſſo, lamellis tenuibus; petiolo ſulcato, gracili.*

Fungus nemoroſus, viſcidus, lacteo candore fulgens. Mich. N. Pl. G. 145. no. 15.

Germ. Ein ganz weiſſer klebrichter Schwamm, mit einem Glocken-foermigen Hüthgen, eingedrückten Wirbel, und ſehr zarten Saamen-Häutgen, auf einem ſehr ſchlancken riſſichten Stiele.

Fungus vulgatiſſimus habitat in dumetis, virgultis et pratorum terminis, ubi ex una baſi multiplex ſaepius naſcitur.

a. Agaricus; candidus et viſcidus, ex una baſi multiplex, pileolo campanulato, in centro depreſſo; petiolo cylindraceo, gracili.

Fungus albidus, ſplendens, ex uno pediculo multiplex. Vaill. Bot. Pariſ. 64. no. 26.

Fungus non veſcus, XXIV. Loeſel. p. 94.

Fungi albi, lucentes, ex uno principio plures, ad radices arborum. I. B. Hiſt. III. 834.

Digitized by Google

Germ.

Germ. Ein weiſſer glaenzender und klebrichter Schwamm, welcher aus einer Wurzel vielfach hervor waechſet, mit einem Glocken-foermigen auf dem Wirbel eingedrückten Hüthgen, und einem ſchlancken Stiele.

In pagis, ſylvis, hortis, pomariis, ambulacris publicis cet. ad arborum radices et ligna carioſa emortua vivit.

b. Agaricus; candidus, ex una baſi multiplex, pileolo umbilicato.

Amanita faſciculoſa, alba, ad arborum radices. Dill. Cat. Giſſ. 180.

Fungi umbilicum exprimentes, plures ſimul, albi. I. B. Hiſt. III. 834.

Fungi plures ſimul, albi, ad arborum radices, eſculenti. C. B. Pin. 370.

Fungi albi, ex uno pede plures, eſculenti. Buxb. Enum. Pl. 121.

Germ. Ein weiſſer aus einer Wurzel vielfach hervor wachſender Schwamm, mit einem platten Nabel-foermigen Hüthgen.

Vere et aeſtate poſt pluvias, ad variarum arborum radices, in ſylvis et pomariis ſuburbanis *Lipſienſium* ſparſim collegi, nec non in vinetis *Trajectino-Viadrinis*.

c. Agaricus; ex una baſi multiplex, candidus, pileolo umbilicato, inverſo et ſquamis fuſcis diſtincto.

Germ. Ein weiſſer aus einer Wurzel vielfach hervor wachſender Schwamm, mit einem umgekehrten und braun geſchuppten Nabel-foermigen Hüthgen.

In columnis carioſis *Lipſiae*, ad ripam *Pliſſae*, aliquoties vidi, ſpec. *am Flos-Graben*, aeſtate.

Fungi ſubſtantia eſt tenax et ſicca, et radix tenuis longitudinis ferme ſemipedalis.

XXVIII. AGARICVS; *ex una baſi multiplex, pileolo plano, petiolo anulato, cylindraceo.*

Fungus eſculentus, totus luteus, ex uno pede

 multi-

multiplex, pediculo longo, cylindrico, anulato. Mich. N. Pl. G. 197. forte?

Germ. Ein ganz gelber aus einer Wurzel vielfach hervor kommender Schwamm, mit einem platt-runden Hüthgen und geringelten Stiele.

Ad *Tilias*, *Acera*, *Carpinos* et *Quercus*, *Lipſiae* in ſuburbanis ſylvis collegi.

a. *Agaricus*; croceus, parvus, ex una baſi multiplex, pileolo hemiſphaerico, lamellis cum anulato et fiſtuloſo petiolo candidis.

Fungus parvus, ex uno pede multiplex, pileolo in medio ſaturate croceo, ad latera vero diluto; ſubtus lamellis ſulphureis, pediculo cylindrico, fiſtuloſo, concolore. Mich. N. Pl. G. 199. tab. 80. fig. 7.

Germ. Ein kleiner Saffran-gelber und aus einer Wurzel vielfach hervor wachſender Schwamm, mit einem halb-kugel-runden Hüthgen, welches unterwaerts zuſamt dem geringelten hohlen Stiele weis oder blaſs-gelb iſt.

In ſylvis *Lipſienſium*, alnetis Viadrinis et hortorum ambulacris octobri obviam ſaepius ivit.

Hujus loci dubio procul eſt *Amanita faſciculoſa, lutea, dumetorum.* Dill. Cat. Giſſ. 186. quarum una eſculenta, altera vero noxia eſt.

b. *Agaricus*; parvus, ex una baſi multiplex, pileolo inverſo, ſuperne e ruſo ferrugineo, in margine candido; lamellis cum anulato, fiſtuloſo et maculoſo petiolo candidis.

Germ. Ein kleiner aus einer Wurzel vielfach hervor kommender Schwamm, deſſen umgekehrtes Hüthgen oberwaerts roth-braun, und am Ende weis, unterwaerts aber zuſamt ſeinem fleckichten und geringelten Stiele ganz weis iſt.

Aetatis varietas, ad ligneas pontium columnas in *Lipſienſi* ſuburbio occurrit.

c. *Agaricus*; ex una baſi multiplex, pileolo croceo, plano, maculis ſpadiceis vario; lamellis viridibus, denſis, petiolo cylindrico, anulato et fiſtuloſo, dilutius flaveſcente.

Digitized by Google

Germ.

Germ. Ein gelber und braun gefleckter vielfach aus einer Wurzel hervor kommender Baum-Schwamm, mit einem ungleichen platt-runden Hüthgen, und Meer-grünen Saamen-Häutgen, auf einem hohlen geringelten blaſs-gelben Stiele.

Fungus pernicioſus ſeptembri menſe poſt pluvias numeroſa ſobole e parvo quidem, communi tamen principio oritur, et in ſylvis, pomariis, hortis aliisque ambulacris publicis Berolinenſium ſuburbanis ad ligna carioſa facile in conſpectum prodit. Subſtantia prorſus crocea, tenax et firma ſapore gaudet amaro, ejusdemque fungi pileolus initio hemiſphaericus, integerrimus, deinde ſuccedanea evolutione magis explanatus et inaequalis factus, fiſſuris in margine pluribus dehiſcit. Anulus in petiolo perſiſtit.

XXIX. AGARICVS; *flabelliformis, villoſus, pileoli margine fornicato.*

Agaricus parvus, arboreus, villoſus, albus, inferne lamellatus. Raj. Synopſ. ed. 3. p. 28. no. 22.

Agaricus hirſutus, nigricans, lamellis luteis. Buxb. Cent. V. tab. 6.

Agaricum auriculae vel flabelli forma, ſuperne ſubobſcurum, inferne album et lamellatum. Mich. N. Pl. G. 23. tab. 65. fig. 1.

Agarico-fungus, ſuperne villoſus, longus et anguſtus. Hall. Enum. Helv. 57.

Germ. Ein ſchmahler, zottichter und dunckelbrauner Baum-Schwamm, mit einem gewoelbten Rande, unterwaerts gelb oder weis.

Hyeme et vere ad ligna emortua et arbores ſenio confectas, in ſylvis denſis et ſubudis, in *Marchia Vckerana* et *Electorali* ſaepius occurrit. *Lipſiae* in *Vlmo* et *Populo tremula*, *im Roſenthale*.

Color pileoli albus, fulvus vel ochroleucus eſt, lamellarum vero pallidus, et ſubſtantia tota dura et ſicca.

a. Agaricus; flabelliformis, ſquamoſus, multiplex et candidus, lamellis paucis; petiolo brevi, candido-fulveſcente.

Germ. Ein weiſſer Wedel-foermiger und Schuppen-artig wachſender Baum-Schwamm, mit

 eini-

Digitized by Google

einigen wenigen Saamen-Häutgen, auf einem weis-gelben ſehr kurzen Stiele.

Iunio menſe in ambulacris ſuburbanis publicis et hortorum, *Lipſiae* potiſſimum in exſuccorum lignorum fiſſuris vegetat.

XXX. AGARICVS; *coriaceus, durus, ſeſſilis, ſquamoſus et multiplex, lamellis ramoſis, ſinuoſis et ſibi invicem implexis.*

Agaricus quernus, lamellatus, coriaceus, albus. Dill. Cat. Giſſ. 191.

Agaricus lamellis ſinuoſis et invicem implexis. Buxb. Enum. Pl. 8.

Agaricus villoſus lamellis ſinuoſis et invicem implexis. Buxb. Cent. V. tab. 4. fig. 1.

Agaricum ſquamoſum, album, coriaceum, ſuperne glabrum, inferne lamellatum, lamellis cartilagineis. Mich. N. Pl. G. 123.

Germ. Ein ſchuppen-artig wachſender, vielfacher, glatter und Leder-hafter Baum-Schwamm, ſonder Stiel, mit harten in einander lauffenden und geſchlungenen Saamen-Häutgen.

In arboribus et variis lignis emortuis fungus ſiccus, durus et cartilagineus toto ferme anno obſervatur, praeſertim in ſuburbanis locis, ubi colore albo, cinereo, rufeſcente, viridi-flaveſcente etiam per circulos alternos aliquando variat.

XXXI. AGARICVS; *ſeſſilis, ſquamoſus, lobatus et villoſus; lamellis diſſectis.*

Agaricus lamellatus, pectunculi forma, major. Dill. Cat. Giſſ. 192.

Agaricum ſquamoſum, arboribus adnaſcens, lobis pectunculum mentientibus, ſuperne ſub-hirſutus, et albidis ac albicantibus ſtriis ſecundum longitudinem excavatus, inferne lamellis craſſioribus, prorſus albis. Mich. N. Pl. G. 122.

Germ. Ein rauher, weiſſer, geſtreiffter und Schuppen-artig wachſender Baum-Schwamm, ſonder Stiel, von Geſtalt einer Kamm-Muſchel.

Vere et autumno in arborum corticibus et truncis fatiſcentibus

Digitized by Google

bus facile occurrit, magnitudine aut colore varius, qui ſuperne albido-cinereus, inferne coeruleus cet. eſt.

a. *Agaricus;* ſeſſilis, ſquamoſus, corpore pectunculi in modum lobato, deſuper fulvus et villoſus, lamellis profunde ſectis.

Agaricum ſquamoſum et fulvum, lobis pectunculi forma, ſuperne hirſutum, inferne lamellatum. Mich. N. Pl. G. 123.

Germ. Ein rauher, dunckel-gelber, geſtreiffter und Schuppen-artig wachſender Baum-Schwamm, ſonder Stiel, von Geſtalt einer Kamm-Muſchel.

Menſibus vernis in ſylvis ad variarum arborum truncos non infrequens, praeſertim humectatos, poſt pluvias temperatas.

XXXII. AGARICVS; *ſeſſilis, ſquamoſus, laciniatus et villoſus.*

Agaricum ſquamoſum et laciniatum, ſuperne album et villoſum, inferne lamellis ſub-rubentibus. Mich. N. Pl. G. 123. tab. 65. fig. 4.

Linguae piloſae. Raj. Hiſt. III. 26. no. 7.

Germ. Ein weiſſer Schuppen-artig wachſender haarichter und zertheilter Baum-Schwamm, ſonder Stiel, unterwaerts dunckel-roth.

Ad *Quercus* autumno rarius obviam ivit, in ſylva, ad oppidum *Reppen, hinter Franckfurt*, et in *Querceto*, intra pagum *Marcus-Dorff* et *Praedium ordinis Iohannitici, Liezen.*

a. *Agaricus;* parvus, ſeſſilis, ſquamoſus et ſemicircularis, ſuperne fulvus et glaber, inferne purpureus.

Agaricum ſquamoſum, ſquamis parvis; ſuperne fulvis et glabris, inferne lamellis purpureis. Mich. N. Pl. G. 123. tab. 65. fig. 3.

Germ. Ein glatter, halb-circkel-runder, gelber und Schuppen-artig wachſender Baum-Schwamm, ſonder Stiel, unterwaerts roth.

In arborum ramentis dejectis et truncis carioſis cum priore.

Agarici ex una baſi multiplices, vel ad horizontem in arborum truncis ſeſſiles, ſquamoſi, tuberoſi, coriacei cet. experientia teſte ſpecies naturales non ſunt, pauciſſimis forte exceptis.

Digitized by Google

Ad mentem *Cl.* Linnaei omnes fungos, qui in parte pileoli inferiori fructificationes in lamellis proferunt, (omni modo creſcendi neglecto,) generi *Agarici* reſtituendos eſſe judicavi.

Specierum numerus in *Agarico* auctior exiſtit, quam in ullo alio congenere fungo, ſed varietates omnem ferme diligentiam eludunt. Certa proinde et conſtans individuorum determinatio difficillima eſt, et omnis erroris plane non expers. Sedula tamen attentione fungorum collector et deſcriptor ſpecies effictas cognoſcere et mutationes aetatis, nutritionis, ſoli, temporis, tempeſtatis cet. optime diſtinguere poteſt.

Reſtant ex *Agaricis* CXX, quorum ſpecies omnium maxime incertae ſunt et ulteriori examine dignae. Pauciſſimi igitur occurrunt *Agarici*, qui verae et naturales ſpecies ſunt, licet vulgo pro ſpeciebus habeantur plures. In hoc negotio difficillimo parum juvant operoſae auctorum collectiones, exceptis nonnullis accuratioribus, quibus et ego e dubiis me bene feliciterque expedire potui. Prae reliquis autem placet modus *Agaricos* deſcribendi Hallerianus, *Enum. Helvet.*, botanophilis profecto maxime commendandus, et ad individuorum cognitionem et veram aliquando hiſtoriam fungorum neceſſarius.

VEL

LATET INTRA CAVITATEM CORPORIS CAMPANULATI.

GENVS VII.

PEZIZA.

Tab. IV.

Eſt fungus campanulatae figurae a. *fructificationes intra cavitatem continens plures*. b.

Calycem fructificationum communem totus fungus format, cujus diſco plura receptacula fructificationum c. peculiaribus funiculis annexa deprehenduntur. d.

Recepta-

Digitized by Google

Receptaculum ſingulum eſt corpus rotundum, compreſſum, ſeu lentiforme, e. filo f. firmiter adnatum.

Fructificatio ſingula - - - - - - - -

Semina minutiſſima, numeroſa, rotunda, g. in cavo receptaculi maſſae gelatinoſae immerſa. h.

SPECIES.

I. PEZIZA; *ſeſſilis, corpore campanulato, integerrimo.*

* Peziza calyciformis, lentifera, levis. Dill. Cat. Giſſ. 195.

Peziza calyce campanulato. Linn. H. Cliff. 479.

Cyathoides cyathiforme, cinereum et veluti ſericeum. Mich. N. Pl. G. 222. tab. 102. fig. 1.

Cyathoides cinereum, ſub-hirſutum. Hall. Enum. Helv. 18.

Fungoides infundibuli forma, ſemine foetum. Tourn. Inſt. 560. Vaill. Bot. Pariſ. 56. tab. 11. fig. 6. 7.

Fungoides vulgatiſſimum. Rupp. Fl. Ien. 303.

Fungus minimus, ligneis tabulis areolarum hortorum adnaſcens. C. B. Pin. 514.

Fungus minimus, ſine petiolo, pernicioſus. I. B. Hiſt. III. 847.

Fungus minimus, anonymus. Cluſ. Hiſt. 287.

Fungus campaniformis, niger, parvus, multa in ſe ſemina continens. Pluck. Phyt. 184. fig. 9.

Fungus pyxioides, ſeminifer. Gottſch. Fl. Pruſſ. Loeſel. 89.

Fungi calyciformes, ſeminiferi. Menzel. Pugill. Rar. tab. 6.

Germ. Ein Becher-Schwamm.

Vere et autumno, in hortis, pomariis, vinetis, areolis, plantis ceſpitoſis viventibus et lignis putridis tota ſpatia occupat fungus elegans, extus laevis et nigricans, intus cinerei coloris.

Digitized by Google

a. Peziza; ſeſſilis, campanulata, extus piloſa et fuſca, intus ſtriata, plumbea, glabra.

Peziza calyciformis, lentifera, hirſuta. Dill. Cat. Giſſ. 169.

Cyathoides cyathiforme, obſcurum, externe hirſutum, interne plumbeum, glabrum et ſtriatum. Mich. N. Pl. G. 222. tab. 102. fig. 2.

Cyathoides villoſum, fuſcum. Hall. Enum. Helv. 17.

Fungoides ſylvaticum hirſutum et fuſcum. Rupp. Fl. Ien. 303.

Fungoides infundibuli forma, ſemine foetum, interne ſtriatum, externe hirſutum. Vaill. Bot. Pariſ. 57. tab. 11. no. 4. 5.

Fungus ſeminifer, externe hirſutus, interne ſtriatus. Raj. Hiſt. III. 21.

Fungus ſpermatias, calyculatus. Bocc. Muſ. P. I. tab. 301. fig. 1.

Germ. Ein haarichter brauner Becher-Schwamm, welcher inwendig glatt, Bley-farben, geſtreifft und glaenzend iſt.

Lipſiae autumno temperato, pluvioſo, et bruma ipſa in hortis et pomariis frequens.

Ienae, Numburgi, Berolini, Trajecti ad Viadrum, Drosnae cet. in locis tenui gramine veſtitis abundat, et non raro *Vites* annoſas et moribundas, nec non alias viventes plantas v. gr. *Rutam, Hyſſopum, Linariam, Lavendulam, Origanum* cet. gregarie quaſi occupat.

b. Peziza; ſeſſilis, campanulata, exigua, aurea et glabra.

Cyathoides luteum, crucibuliforme. Mich. N. Pl. G. 222. tab. 102. fig. 3.

Germ. Ein ganz kleiner gelber und glatter Becher-Schwamm.

Menſibus vernis in vaſis ligneis *Lauri, Myrti, Punicae, Ficus,* in hybernaculis hortorum *Berolinenſium* et palis ligneis *Trebnizenſibus* ſaepius vegetat. Septembri et octobri poſt pluvias iterum obſer-

Digitized by Google

obſervavi in columnis humectatis et tabulis ligneis putreſcentibus, in agro *Droſnenſi*, ſpec. circa molendina et vineta.

c. *Peziza*; ſeſſilis, campanulata, exigua, intus aurea, extus ſanguinea, ſcabra.

Germ. Ein ganz kleiner Becher-Schwamm, welcher inwendig glatt und Gold-gelb, auswendig aber Blut-roth und rauh iſt.

Ad *Betularum* radices, in muſco, poſt pluvias crebriores, autumni initio obſervavi in ſylva *Circuli Lebuſienſis*, *der Lapenow*, ſpec. *in denen Bauer-Bergen*.

Nomen *Pezizae* antiquiſſimum cum DILLENIO et LINNAEO noſtrum facimus, neglectis aliis, quae in *aſtrum* vel *oides* deſinunt. Species reliquas ad *Pezizam* paſſim relatas ſub genere *Elvelae* enumeravimus.

Semina hujus generis intra receptaculum lentiforme in maſſa quadam viſcida contenta haud minorem convenientiam produnt cum ſpeciebus quibusdam *Lichenis*.

INTRA
SVBSTANTIAM
CORPORIS TVRBINATI ET GLOBOSI.

GENVS VIII.
CLATHRVS.

Tab. IV.

Eſt fungus ſub-rotundus, a. *corpore extra volvam prodeunte*, *ovato*, *reticulari*, *calloſo* b. *et cavo*, c. *in cujus cavitate communi ante volvae defluvium et corporis ſubſequentem plenariam evolutionem fructificationes innumerae maſſae gelatinoſae ſub-obſcurae immerſae deprehenduntur*. d.

Fructificatio ſingula vero conſiſtit in - - - -

Semina plura minutiſſima, farinoſa, e. liquamini defluenti innatant. f.

SPE-

Digitized by Google

SPECIES.

I. **CLATHRVS**; *ſeſſilis, ovato-turbinatus.*

Clathrus ruber,* Mich. N. Pl. G. 114. tab. 93.

Clathrus ſeſſilis, ſubrotundus. Linn. H. Cliff. 479.

Boletus cancellatus, purpureus. Tourn. Inſt. 561.

Boletus ramoſus, coralloides, foetidus. Act. Gall. 1713. p. 92.

Fungus, quem ignem ſylveſtrem vocant. Caeſalp. 619.

Fungus coralloides, cancellatus, Cluſ. Hiſt. app. alt. auct.

Fungus rotundus, cancellatus. C. B. Pin. 375.

Germ. Ein Ey-foermiger, rother, gegitterter und hohler Schwamm, ſonder Stiel.

Auguſto menſe obviam ivit in *Thuringia*, et quidem in ſaltu vaſtiſſimo *Wertherorum*, ſupra *Cloſter Dondorff* et pagum *Hauderode*, nec non ad radicem montis *Inſulani*, in humectatis locis.

In *Marchia Electorali* rarius occurrit et quidem in ditione *Friſacenſi*, ſpec. in ſylva *der Zozen*, aliisque circa *Goerne* et *Linum*. Ad *Viadrum* in arundineto exſiccato intra pagos *Zſchechin* et *Genſchmer* etiam vidi, ſed deformem et confluentem.

GENVS IX.

STEMONITIS.

Tab. IV.

Eſt fungus petiolatus aut ſeſſilis, globoſae, oblongae vel turbinatae figurae, a. *volva in quibusdam perſiſtente* b., *in reliquis fugaci* c. *exceptus, cujus ſubſtantiae ſpongioſae tenuiſſimae* d. *fructificationes innumerae inhaerent.*

Fructificatio ſingula - - - - - - -

Semi-

Semina minutiſſima, rotunda, farinoſa e, per maturitatem e tota ſubſtantia extra volvam conſtituta ſicca ejaculantur. f.

SPECIES.

I. STEMONITIS; *petiolata, gregaria, volva fugaci excepta; corpore elongato.*

Clathroidaſtrum obſcurum, majus. Mich. N. G. 215. tab. 94. fig. 1.

Germ. Ein Kolben-Schwaemmgen, Staub-Faden-Schwaemmgen.

In carioſis et cavernoſis columnis, poſt pluvias, martio et aprili, in ſylvis, hortis et ſuburbanis locis vegetat, et ſaepius autumno redit, in hybernaculis, caldariis, canalibus ligneis lignisque madore et exhalationibus fimi equini correptis copioſe. Spec. *Trajecti ad Viadrum, Berolini, Trebnizii*, et circa arcem *Böyzenburg, in denen Gewaechs-und Früh-Haeuſern, Miſt-Beeten, und hoelzernen naſſen Canaelen.*

Gregarius noſter et perpuſillus fungus tam denſe enaſcitur, ut in ſatis exiguo ſpatio major individuorum copia commode comprehendatur.

Volva communis eſt ſplendens, purpurea et fugaciſſima, quae cum elaſticitate quadam reflexa fundum inveſtit.

Fungi ſinguli corpuſculum typhoideum et petiolatum lenti ſubmiſſum, quando volvam ſuam exceſſit, ſub-obſcurum, granuloſum et pulverulentum eſt, poſt ſeminis autem jacturam ſubſequentem nonnihil pellucidum apparet. Nec inepte granuloſa congeries capſulas ſimulat ſeminales.

Petiolus in quibusdam ſetaceus, purpureus, tenuiſſimus, totum fungi corpus ſecundum longitudinem ad apicem usque penetrat.

a. *Stemonitis;* gregaria, petiolata, minima, volva fugaci excepta, corpore elongato.

Clathroidaſtrum obſcurum, minus. Mich. N. Pl. G. 217. tab. 94. fig. 2.

Germ. Ein ganz kleines Kolben-Schwaemmgen, oder Staub-Faden-Schwaemmgen.

Cum priori in fimetis humido-vaporoſis habitat, primo vere.

Digitized by Google

STEMONITIS vocatur fungus, ab externa ejus convenientia cum *ſtaminibus* florum illorum, quorum *antherae* magnae et erectae *geniturum* pulverulentam diſpergunt.

Hujus generis etiam eſſe videtur *Embolus II. Cel.* HALL. *Enum. Helv. p. 8. tab. 1. fig. 1.* ſin vero minus, diſtinctum et proximum genus in *methodo noſtra* conſtituit.

BVXBAVMIA HALL. *Enum. Helvet. p. 10. Sphaerocephalus ejusd. p. 9.* et *Clathroides* MICHELII *N. Pl. G. 214. tab. 94.* ut conferenti patebit, charactere generico parum differunt. BVXBAVMIAE igitur recte conjungantur, nec ne? et quae ſit negativae ſententiae ratio, quaeritur? BVXBAVMIA vero (obſervat. HALLER. docente) et *Stemonitis* in methodo noſtra fungorum genera inter *Clathrum* et *Lycoperdon* media conſtituunt.

GENVS X.

LYCOPERDON.

Tab. V. et VI.

Eſt fungus globoſae, ſub-rotundae vel turbinatae figurae, a. *cujus ſubſtantia in potioribus ſpongioſa,* b. *in aliis celluloſa durior,* c. *vel carnoſa veſicularis,* d. *membranis quibusdam obvoluta eſt, plus minus aut vario loco dehiſcentibus.* e.

Fructificationes innumeras continet ſubſtantia, *receptaculis* ramoſis capillaceis f. affixas, aut veſicularibus incluſas, g. h. quarum ſingula? i. in ſe comprehendit ſemina bina, terna, quaterna. k. In omnibus autem ſpeciebus

Semina innumera rotunda, minutiſſima, farinacea, l. in pauciſſimis majora, m. ad maturitatis tempus vel ejaculantur per corticis aperturam, n. vel intus cum ipſa ſubſtantia colliqueſcente mixta tum infra terram tum ſupra eandem diſſeminantur.

SPE-

Digitized by Google

SPECIES.

I. LYCOPERDON; *globoſum, ſeſſile.*

Lycoperdon vulgare. Tourn. Inſt. 562.

Lupi crepitus. Pancov. Herb. Port. fig. 8.

Boviſta officinarum. Dill. Cat. Giſſ. 169.

Fungus rotundus, orbicularis. C. B. Pin. 374. no. 42.

Fungus pulverulentus, crepitus lupi dictus. I. B. Hiſt. III. 848.

Fungus orbicularis. Dod. Pempt. 484.

Fungorum noxiorum XXVI. generis ſpecies I. Sterb. Theat. Fung. 273. tab. 29.

Germ. Ein gemeiner Boviſt, ſonder Stiel.

In paſcuis, pratis, pomariis aliisque locis ad vias publicas ſaepius autumno frequens. Multum verò variat ratione magnitudinis, figurae, ſuperficiei et coloris. Triplicem proinde fungum ſtatuit *Cl.* Dillenius *Cat. Giſſ. 196.* cujus ſententiae etiam ſubſcribo, et numeroſiorem varietatem trado, quam pro diſtinctis ſpeciebus alii habuerunt.

a. Lycoperdon; globoſum, ſeſſile, maximum et glabrum.

Lycoperdon alpinum maximum, cortice lacero. Tourn. Inſt. 563.

Boviſta alba, maxima. Dill. Cat. Giſſ. 196.

Fungus maximus, pulverulentus, Germanis Boviſt. I. B. Hiſt. III. 848.

Fungi rotundi orbicularis ſpecies II. C. B. Pin. 375. no. 42. f.

Fungorum noxiorum XXVI. generis ſpecies II. Sterb. Theatr. Fung. 273. tab. 28. c.

Germ. Ein groſſer, runder, glatter Boviſt, ſonder Stiel.

In dumetis, paſcuis et hortis inter *Liguſtra, Syringas, Corylos* cet. ſeptembri habitat.

b. Lycoperdon; globoſum, ſeſſile, parvum et glabrum.

Digitized by Google

Lycoperdon rotundum, album. Tourn. Inſt. 563.

Germ. Ein kleiner, runder und glatter Boviſt, ſonder Stiel.

In paſcuis, ericetis, et gramineis ſiccioribus circa pagos, aeſtate et autumno non infrequens.

c. Lycoperdon; globoſum, exiguum, ſeſſile, glabrum vel granuloſum.

Germ. Ein ganz kleiner, runder, glatter oder koernichter weiſſer Boviſt, ſonder Stiel, von Geſtalt einer Erbis.

In paſcuis *Marchicis* et ſylvis muſcoſis, nec non in muris ruſticis, ſeptembri et octobri obſervatur, aetatis varietas. Seſſilis ut plurimum fungellus eſt, ubi v. gr. gregatim muſco innaſcitur; baſi tamen aliquando breviſſima gaudet.

d. Lycoperdon; globoſum, parvum, ſeſſile, luteum et glabrum.

Lycoperdon globoſum, luteum, glabrum et nitidum. Mich. N. Pl. G. 218. no. 8.

Germ. Ein kleiner, gelber, glatter Boviſt, ſonder Stiel.

Menſibus et locis jam dictis, poſt pluvias, etiam in *Betulis* et *Pinibus* dejectis oritur. vid. Dill. *Cat. Giſſ. 197.* an fungus morboſus?

e. Lycoperdon; globoſum, ſeſſile, candidum, cortice exteriore per totam ſuperficiem in furfuraceas portiunculas ſoluto.

Lycoperdon globoſum, album, primario cortice in furfuraceas portiunculas abeunte. Mich. N. Pl. G. 218. tab. 97. fig. 6.

Germ. Ein runder weiſſer Boviſt, ſonder Stiel, deſſen aeuſſere Haut in ſehr zarte Flocken aus einander gehet.

In paſcuis elatioribus et ericetis cum prioribus ſparſim in *Miſnia*, *Thuringia* et *Marchia* obſervatur.

f. Lyco-

Digitized by Google

f. Lycoperdon; globoſum, ſeſſile, candidum, cortice exteriore in ſtellares portiunculas ſoluto.

Lycoperdon globoſum, album, cortice primario in ſtellulas elegantiſſimas diſſecto ac diſtributo. Mich. N. Pl. G. 218. tab. 79. fig. 3.

Germ. Ein runder weiſſer Boviſt, ſonder Stiel, deſſen aeuſſere Haut in lauter Stern-foermige Flocken aus einander gehet.

In *Marchia* ad *Viadrum*, ſpec. in paſcuis circa pagos *Golzow*, *Orthwig*, *Neuendorff* et *Küniz* rarius, nec non in paſcuis ſubſalſis *Havellanis*, ad marginem ſylvae *die Lietſche* dictae, poſt pagum *Selbelang und Kleiſen*.

In *Thuringia* circa pagos ad radices montis *Inſulani*, *hinter Walthershauſen*, nec non in *Polonia majore* circa *Blaeſen*, *Meſeriz* et *Swerin*, in muſcoſis arborum radicibus quoque obviam ivit.

Rariſſime quoque occurrit in paſcuis *Muldae* fluvio vicinis, in *Miſnia*, poſt urbem *Grimme*; ſpec. ad rudera notiſſimi monaſterii *Nimetſch*, et de religioſa olim virgine *Catharina de Boren* perquam celebris.

g. Lycoperdon; globoſum, ſeſſile et candidum, cortice exteriore in areolas criſtallorum aggregatorum aemulas ſoluto.

Lycoperdon niveum, ſphaericum, ſuperficie in areolas adamantis inſtar diſſecta ac diſtributa. Tourn. Inſt. 564.

Fungus carnoſus, niveus, adamantinus, in montibus Feltrinis. Bocc. Muſ. P. 1. tab. 306.

Germ. Ein weiſſer runder Boviſt, ſonder Stiel, deſſen aeuſſere Rinde in lauter Cryſtallen-Druſen-foermige Abtheilungen erhaben iſt.

Circa *Lipſiam*, in paſcuis et pratenſibus variis, nec non ericetis et herbidis collibus per *Marchiam*, *Miſniam* et *Thuringiam* auguſto et ſeptembri vulgaris.

h. Lycoperdon; globoſum, ſeſſile et candidum, cortice exteriore in cuſpides ſubulato-dentatas rigidiuſculas et quadripartitas ſoluto.

Digitized by Google

Lycoperdon album, globoſum, aculeis craſſioribus quadrilateris et quadripartitis munitum. Mich. N. Pl. G. 219. no. 16.

Lycoperdon minimum verrucoſum. Tourn. Inſt. 564.

Lycoperdon Sparganii fructus facie. Iohren. Bot. Francofurt. 183.

Germ. Ein weiſſer, runder, derber Boviſt, ſonder Stiel, deſſen aeuſſere Rinde in viele harte vierſeitige und viermal zertheilte Stacheln erhaben iſt.

Vere et aeſtate in locis praedictis *Marchicis* pluribus poſt pluvias oritur, et ipſo autumno ſaepius redit.

In agro *Lipſienſi*, in paſcuis et ericetis, non infrequens, et in agro *Ienenſi*, etiam circa *Scheiz*, *Rudersdorff* et *Schleſreiſen* obviam ivit.

Fungi magnitudo in diverſo ſolo varia eſt, et figura in locis humidis et muſcoſis oblonga, in ſiccioribus magis globoſa vel compreſſa videtur. Aculei modo longiores, modo breviores et rigidi, quadragoni et pentagoni, modo heptagoni evadunt.

Antequam ſufficientem explicationem indeptus eſt fungus, ſuperficie gaudet granulata; tubercula vero minutiſſima illa ſeu portiunculae, quae cutim exteriorem granulatam conſtituunt, paulatim elevatae in aculeos ſenſim eriguntur.

i. Lycoperdon; globoſum et aculeatum, candidum; baſi longiſſima, craſſa.

Lycoperdon album, totum aculeatum, altiori baſi donatum. Mich. N. Pl. G. 217. tab. 97. fig. 1.

Germ. Ein runder, ſcharff ſtachlichter weiſſer Boviſt, auf einem ſehr hohen und ſehr ſtarcken Fuſſe.

In potioribus paſcuis, pinetis, ericetis et gramineis circa pagos, ſecus vias publicas, per *Marchiam Electoralem* et *Novam*, nec non per *Miſniam Metalliferam* cet. tempore verno cum prioribus colore cinereo, fuſco vel candido non infrequens.

k. Lycoperdon; globoſum, candidum, apice papillato, aculeis fuſcis ſuperius donatum; baſi longiſſima, craſſa et glabra.

Digitized by Google *Germ.*

Germ. Ein kleiner, weiſſer, runder Boviſt, mit einem Warzen-foermigen Wirbel und dunckelbraunen Stacheln, auf einem ſehr hohen, glatten und dicken Fuſſe.

Octobri poſt pluvias in *Marchiae Novae Provincia Sternebergenſi, und in denen Franckfurther Wildbahnen* cet. ubi baſi monſtroſa criſpa aut ſulcata triplex et quadruplex *Pini* conuſis putreſcentibus innaſcitur.

l. Lycoperdon; turbinatum, candidum, aſperum, baſi oblonga, craſſiſſima, criſpa.

Lycoperdon excipuli chymici forma. Tourn. Inſt. 564. Vaill. Bot. Pariſ. 122. tab. 12. fig. 15.

Lycoperdon album, aſperum, leviter faſtigiatum, baſi altiore et criſpa donatum. Mich. N. Pl. G. 217. no. 6.

Germ. Ein weiſſer, rauher, Kegel-foermiger Boviſt, auf einem ſehr hohen, ſtarcken und faltichten Fuſſe.

Inter *Betulas* et *Pinos* in *Marchia* et *Luſatia inferiori* frequens.

m. Lycoperdon; clavatum, niveum, parvum, cortice exteriore in cuſpides quadrilateras et quadripartitas elevato.

Lycoperdon album, parvum, clavatum, aculeis quadrilateris et quadripartitis aſperum. Mich. N. Pl. G. 217.

Germ. Ein kleiner weiſſer Keil-foermiger Boviſt, deſſen aeuſſere Rinde in vierſeitige und viermal zertheilte Stacheln erhaben iſt.

Cum reliquis varietatibus in agro *Berolinenſi* et tractibus *Viadrinis* elatioribus cet. vivit.

n. Lycoperdon; globoſum et fuſcum, baſi breviſſima; cortice exteriore in cuſpides rigidiuſculas quadrilateras et quadripartitas elevato.

Lycoperdon verrucoſum, ventricoſum et fuſcum. Rupp. Fl. Ien. 304.

Lycoperdon eſculentum, obſcurum, echinis

 qua-

Digitized by Google

quadrangularibus et quadripartitis inſignitum. Mich. N. Pl. G. 218. tab. 97. fig. 5.

Germ. Ein runder brauner Boviſt, auf einem ganz kurzen Fuſſe, deſſen Oberflaeche in harte vierſeitige und viermal zertheilte Spizzen erhaben iſt.

Varietas in *Marchia* communis fulvo colore ſaepius ludit, et in pinaſtretis potioribus in muſco ad arborum radices habitat.

o. *Lycoperdon;* turbinatum, ſeſſile et verrucoſum, ſubfuſcum.

Lycoperdon pyriforme, gregatim naſcens, verrucoſum et aſperum. Rupp. Fl. Ien. 304.

Germ. Ein rauher dunckel-brauner Birn-foermiger Boviſt, ſonder Stiel.

In pinetis *Marchiae, Variſciae, Thuringiae,* et *Miſniae Metalliferae,* nec non aliis *trans-albinis, intra Torgau* et *Hertzberg,* ſeptembri occurrit.

Totus ſaepius *Pini* caudices cum conis et ramulis aliquando occupat, et colorem fuſcum cum fulvo (per aetatem forte aut morbum) vel ſanguineo commutat.

p. *Lycoperdon;* turbinatum, candido-fulvum, villis ſubulatis rigidiuſculis aſperum.

Lycoperdon turbinatum, levcophaeum, aculeis ſimplicibus rigidiuſculis exaſperatum. Mich. N. Pl. G. 218. no. 5.

Germ. Ein weis-gelber Birn-foermiger und mit harten Haar-foermigen Stacheln beſezter Boviſt.

In ericetis et paſcuis humidis *Circuli Lipſienſis,* circa pagos *Pomſen, Steinberg* et plures; nec non circa ſylvam, *der Bieniz, hinter Burghauſen.* In *Marchia* copioſe prognatum legimus variis locis.

Facile decidunt villi hujus et ſubſequentis varietatis, et fungum ex parte nudum relinquunt.

q. *Lycoperdon;* hemiſphaericum, niveum, villis longiſſimis, tenuiſſimis et fugacibus obſitum.

Lycoperdon eſculentum, hemiſphaericum, griſeum, villis et aculeis tenuiſſimis, non extantibus obſitum. Mich. N. Pl. G. 218. tab. 97. fig. 4.

Germ.

Digitized by Google

Germ. Ein halb-kugel-runder, weis-grauer Boviſt, mit den allerfeineſten, laengſten, und ſehr bald vergaenglichen Stacheln.

In *Thuringiae*, *Marchiae*, *Franconiae*, *Miſniae* cet. paſcuis humidis, pratorum terminis et collibus ceſpitoſis facile occurrit circa pagos cet.

r. Lycoperdon; turbinatum, candidum, villoſum, baſi longa et craſſa; cortice exteriore prorſus ſecedente et reflexo.

Lycoperdon album, lanuginoſum, corticem primarium manifeſte exuens. Mich. N. Pl. G. 217. tab. 97.

Germ. Ein weiſſer, Kugel-foermiger, rauher Boviſt, auf einem hohen und dicken Fuſſe, deſſen aeuſſere Rinde ſich völlig von dem Schwamme ablöſet, und zurücke gezogen wird.

Aeſtate et autumno inter priores, in paſcuis et elatioribus, juxta ſemitas non raro habitat.

Fungi cruſta exterior, villis tenuiſſimis et breviſſimis donata, ſenſim dehiſcit, et ad baſin reflectitur.

Omnes primae ſpeciei varietates cortice duplici aut triplici gaudent, quorum exterior plerumque a reliquis ſecedit, aut in portiunculas reſolutus ſub varia forma et facie iisdem adhaeret.

II. LYCOPERDON; *obverſe conicum, in ſumma parte intus pulverulentum.*

Fungus calycis forma, magnus, ex genere crepitus lupi. Menzel. Pug. Rar. tab. 6.

Fungus crepitus lupi dictus, in ſummitate ſolum pulverulentus. Raj. Synopſ. ed. 3. 26. no. 3.

Germ. Ein umgekehrt-Kegel-foermiger, groſſer, weiſſer und glatter Boviſt, welcher ganz am oberſten Ende mit einem ſtaubichten Saamen-Kerne verſehen iſt.

In pratis, ericetis et pinaſtretis aliisque ſiccioribus locis circa pagos ſaepius *Circuli Lebuſienſis*, agri *Berolinenſis* cet. obſervatur.

Vivus fungi color candidus maturitate in glaucum vel griſeum tranſit.

Digitized by Google

Fungus quoad ſuperficiem glaber ſpithamam utplurimum unam vel dimidiam altitudine aequat, qui in ſummitate dehiſcens calycis in modum explicatur. Ibi nucleus parvus pulverulentus in conſpectum prodit, qui temporis tractu ferme evaneſcit, et a reliqua duriuſcula et uniformi ſubſtantia fungi digitis facile ſeparatur.

III. LYCOPERDON; *ſphaerico-papillatum, petiolo longiſſimo.*

Lycoperdon minimum, Pariſienſe, pediculo donatum. Tourn. Inſt. 563.

Lycoperdon album, mammoſum, Pariſienſe, minimum, pediculo donatum. Mich. N. Pl. G. 217. no. 10.

Lycoperdon petiolo longiſſimo, capitulo globoſo, glabro, ore cylindraceo, integerrimo. Linn. H. Cliff. 479.

Boviſta parva, cylindracea, pediculo donata. Dill. Cat. Giſſ. 197.

Fungus pulverulentus, minimus, pediculo longo inſidens. Raj. Synopſ. ed. 2. 16.

Germ. Ein kleiner, runder, zugeſpizter Boviſt, auf einem ſehr hohen Stiele.

Ad vias publicas, circa *Salicis* radices, in arenoſis *Marchiae* paſſim, et circa pagos non infrequens. Spec. in pago *Trebniz*, et ad viam, qua itur a pago *Hermersdorff* verſus domum venatoris. In agro *Berolinenſi* intra pagos *Dallwiz*, *Vogelsdorff*, *Dasdorff* cet. aliisque facile occurrit, et in arena mobili congeſta ad muros *Berolinenſes*, qui portam illam Hallenſem dictam utroque latere terminant, magnus fungi hujus obſervatur proventus.

Fungus nucis avellanae magnitudine in arena primo intuitu ſeſſilis eſſe videtur, petiolus autem omnium longiſſimus intra ſabulum latet. An radix potius dicendus?

IV. LYCOPERDON; *ſphaericum, ſeſſile, ore in apice vel integro, vel inaequali et radiato.*

Lycoperdon ſanguineum, ſphaericum. Rupp. Fl. Ien. 304.

Digitized by Google

Lyco-

Lycoperdon epidendron, miniatum, pulverem fundens. Buxb. Enum. Pl. 203.

Boviſta miniata, piſi majoris magnitudine. vid. Dill. Giſſ. 197.

Fungus non veſcus XXXI. Loeſel. p. 96.

Germ. Ein Kugel-runder, kleiner, Blut - rother Boviſt, ſonder Stiel.

In ſylvis et terminis pratenſibus, variis lignis et corticibus putrefactis innaſcitur, nec raro e terra vel muſco oritur.

Pars fungi ſuperior extra terram conſpicienda obſcure terrei aliquando ſaturate ſanguinei coloris eſt, inferior autem miniata vel rufo-aurea.

Cum ſub globoſis et ſeſſilibus *Mucoris* ſpeciebus quibusdam externam habet ſimilitudinem, ſed integra ejus cutis et in farinoſas et pulverulentas portiunculas non reſolubilis fungum ab illis diſtinguit.

a. Lycoperdon; parvum, ſphaericum, ſeſſile, aureum et glabrum; ore vel integro, vel inaequali et radiato.

Lycoperdon ſphaericum, luteum, parvum, non aſperum. Mich. N. Pl. G. 219.

Germ. Ein kleiner Gold-gelber, glatter und runder Boviſt, ſonder Stiel.

Cum praecedenti in *Alnis* emortuis et *Pini* ramentis ſeptembri et octobri ſparſim obſervatur.

V. LYCOPERDON; *globoſum et ſeſſile, volva radiata, patente; ore acuminato, dentato.*

Lycoperdon volva multivalvi, patente, capitulo glabro, ore acuminato, dentato. Linn. H. Cliff. 479. ſpec. 2.

Geaſter major et medius, umbilico fimbriato. Mich. N. Pl. G. 120. tab. 100. fig. 1. 2.

Fungus pulverulentus, crepitus lupi dictus, coronatus et inferne ſtellatus. Raj. Synopſ. ed. 2. 16. no. 19.

Fungus ſtellatus, carnei coloris. Bocc. Muſ. P. I. tab. 305.

Digitized by Google

Germ. Ein Stern-Boviſt, ſonder Stiel, mit einer zackichten Mündung.

Recens et exſuccus ſparſim obſervatur vere, autumno et ipſa bruma interdum ad *Pini* et *Betulae* radices, in muſcoſis *Marchiae* ferme totius ſylvis. Spec. circa *Trajectum ad Viadrum*, *Fürſtenwalde*, *Coepenick*, *Müncheberg*, *Strausberg*, *Rathenow* cet.

a. *Lycoperdon*; petiolatum, globoſum, aſperum et parvum, volva radiata, patente, ore denticulis coronato.

Geaſter aſper, parvus, umbilico coronato, pediculo brevi donatus. Mich. N. Pl. G. 220. tab. 100. fig. 2.

Germ. Ein kleiner rauher Stern-Boviſt, auf einem ganz kurzen Stiele, mit einer gezackten Mündung.

In plurimis *Marchiae* locis ſylvaticis muſcoſis circa *Betulas* occurrit, ſpec. ad arcem *Böyzenburg*, *in der Iungfern-Heyde*; (*oder Küchen-Holze*,) item *in der Coepenicker-Heyde* cet. In ſylvis *Poloniae* muſcoſis circa *Bleſen* et *Altenhof* ſaepius quoque obviam ivit cum *Pyrola fruteſcente arbutifolia*.

Micheliana figura quodammodo differt a noſtra varietate, cujus volva latiſſima eſt, et fungi ſphaerula pulverulenta ipſa paulo minor, quam quae in tabula Michel. continetur.

b. *Lycoperdon*; globoſum et ſeſſile, ore ſtellato, volva radiata, patente; radiis multifidis.

Lycoperdon veſicarium ſtellatum. Tourn. Inſt. 564. tab. 331.

Geaſter medius, radiis plerumque multifidis, umbilico ſeu ore ſtellato. Mich. N. Pl. G. 220. tab. 100. fig. 5.

Germ. Ein Stern-Boviſt, ſonder Stiel, mit einer Stern-foermigen Mündung.

Septembri et octobri in ſaltibus et ericetis agri *Berolinenſis*, et collibus ſylvaticis muſcoſis *Viadrinis*; nec non ſaepius ad viam publicam in ſylvis magnis *Miſniae* et *inferioris Luſatiae*, ſpec. intra *Herzberg*, *Torgau* et *Eilenburg*.

Digitized by Google

Fructificationis ſimilitudo *Geaſtra* Michelii cum *Lycoperdo* conjungit, non obſtante volva illa radiata, quae in toto fungorum ordine non genera ſed ſpecies diſtinguit, v. gr. in *Agarico*, *Phallo* aliisque.

Carpobolus jure a *Cl.* Linnaeo ad *Lycoperdon* revocatur, hic locorum vivus nondum a nobis viſus.

Plantae *Enum. Pl.* 203. a Buxbaumio rudi aere delineatae ad ſpeciem 5. *Lycoperdi* pertinere videntur; fidem tamen auctoris dicto in obſervationibus rariſſime habendam eſſe judico. Reſpondeant alii morum, induſtriae, vitae generis, animique cet. Buxbaumii teſtes viventes!

VI. LYCOPERDON; *capitulo globoſo, baſi et radice ampliſſima.*

Lycoperdoides album, tinctorium, radice ampliſſima. Mich. N. Pl. G. 219. tab. 98. fig. 1.

Germ. Ein runder Boviſt, auf einem ſtarcken Fuſſe, mit einer ſehr groſſen Wurzel.

In ſabuloſis, aſperis et incultis utriusque *Marchiae* et *Luſatiae* locis, circa pinaſtreta, ubi *Oſteocolla* oritur, ſparſim occurrit, ſpec. circa urbem *Berlin*, *Saarmund*, *Müncheberg*, *Droſſen*, *Beskow*, *Lieberoſe* cet.

